εἵπετο φθορά. Τιγράνης δὲ τὸ διάδημα
καὶ τὰ βασίλεια τῆς ἀρχῆς ἐπιθεὶς τῷ παιδὶ,
πρός τε τὴν ἐρημίαν διαφεύγει. ὁ δὲ Λεύ-
κολλος ἐπὶ τὰ Τιγρανόκερτα ἀναστρέψας,
ὡς ἔδυ μόπερον ἐπολιόρκει. οἱ δὲ κατὰ τὴν
πόλιν Μιθριδάτου στρατηγοὶ, τὴν ὅλων ἀ-
πογνωκότες, ἐπὶ τῇ σφετέρᾳ σωτηρίᾳ Λευ-
κόλλῳ παρέδοσαν τὴν πόλιν. ὁ μέντοι Μι-
θριδάτης πρὸς Τιγράνην βασιλικώτερον, ἀνε-
λάμβανέν τε αὐτὸν, καὶ βασιλικὴν ἐσθῆτα
περιέθει, τῆς σωμάτου ὑπ' ἐλαττουμένην·
καὶ λαὸν ἀθροίζειν συνεβούλευεν, ἔχων καὶ
αὐτὸς δυνάμιν οὐκ ὀλίγην, ὡς πάλιν ἀ-
ναμαχούμενον τὴν νίκην. ὁ δὲ πάντα τῷ
Μιθριδάτῃ ἐπέτρεπεν, ἔν τε τῇ ἡμεραίᾳ
καὶ σωετῷ τὸ πλέον νέμων αὐτῷ, καὶ μᾶλ-
λον ἀνέχειν εἰς τὸν πρὸς ῥωμαίους πόλε-
μον δυνάμενον. αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν πάρ-
θον Φραάτην διεπρεσβεύετο, παραχωρεῖν
αὐτῷ τὴν μεσοποταμίαν καὶ τὴν ἀδιαβηνὴν
καὶ τοὺς μεγάλους αὐλῶνας. ἀφικομένων δὲ
πρὸς τὸν πάρθον τῶν παρὰ Λευκόλλου πρέ-
σβεων, τοῖς μὲ ῥωμαίοις ἰδίᾳ φίλος εἶναι ὑ-
πεκρίνατο καὶ σύμμαχος, ἰδίᾳ δὲ τὰ αὐτὰ πρὸς
τοὺς ἀρμενίους διεπέμετο. ὁ δὲ δὴ Κότταν,
ὃς εἰς τὴν ῥώμην ἀφίκετο, πρῶτα μὲν τῆς
συσκλή-

συσκηνήτης τυγχάνει, πονηρὸς αὐλοκράτωρ καλεῖσθαι, ὅτι ἕλοι τὴν Ἡράκλειαν· διαβολῆς δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικνουμένης, ὡς οἰκείων κερδῶν ἕνεκα τὴν κατὰ πόλιν ἐξανίσειε, μῖσός τε δημόσιον ἐλάμβανε, καὶ ὁ περὶ αὐλὸν τοσοῦτος πλοῦτος φθόνον ἀνεκίνει. διὸ καὶ πολλὰ τῶν λαφύρων εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων εἰσεκόμιζε ταμεῖον, τὸ δὲ τῷ πλούτῳ φθόνον ἐκκρούων· εἰ καὶ μηδὲν αὐτοῦ πρεσβυτέρους ἀπεργάζεται, ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα νέμειν ὑπολαμβάνοντας. ἐψηφίσαντο δὲ αὐτίκα καὶ τοῦ αἰχμαλώτους τὴν Ἡρακλείας ἀφιέναι. Θρασυμήδης δὲ τὴν ἐξ Ἡρακλείας εἰς, κατηγόρησεν ἐπ' ἐκκλησίας τοῦ Κόπα, τάς τε τῆς πόλεως εἰσηγούμενος πρὸς Ῥωμαίους εὐνοίας, καὶ εἴ τι ταύτης ἀποκλίνοιεν, ἐκκαλούμενος τῆς πόλεως τοῦτο δρᾶν, μὴ ἧττον τῶν ἐφεστηκότων τοῖς πράγμασιν ἐξαπατᾶν, ἢ καὶ βίᾳ τοῦ ἐπιθεμένων· ἀπεφαίνετο δὲ τὸν τῆς πόλεως ἐμπορισμὸν, καὶ ὅσα τοῦ δρᾶν ἀφανίσαι· ὅπως τε τὰ ἀγάλματα Κόπας καθήρει, καὶ λείαν ἐποιεῖτο, τούς τε ναοὺς κατέσπα, καὶ ὅσα ἄλλα δι' ὠμότητος ἐλθὼν ἐπεπράχει· τόν τε χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον τῆς πόλεως ἀναγράφων ἀναρίθμητον, καὶ τὰ ἄλλα τῆς Ἡρακλείας ὧν ἐσφετερίσατο εὐδαιμονίαν. τοιαῦτα τοῦ Θρασυμήδους μετ' οἰμωγῆς καὶ δακρύων διηκηλυδότος, καὶ τὴν ἠγεμόνων

γων ἐπικλαυθέντων τῷ πάθει· (καὶ γὰρ παρῆλθεν καὶ τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ἄνδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες, μετὰ τέκνων, ἐν πενθίμοις ἐσθήσεσι, θαλλοὺς ἱκετηρίους μετ' ὀλοφυρμοῦ προτείνοντες) ἀνεπαρεληλυθὼς ὁ Κόπας βραχέα τῇ πατρίῳ διελέχθη φωνῇ, εἶτα ἐκαθέζετο. καὶ Κάρβων ἀναστὰς, ἡμεῖς, ὦ Κόπα, φησὶ, πόλιν ἐλεῖν, ἀλλ' οὐχὶ καθελεῖν ἐπηγγείλαμεν. μετ' αὐλὸν δὴ καὶ ἄλλοι ὁμοίως Κόπαν ἠπάσαντο. πολλοῖς μὲν οὖν ἄξιος ὁ Κόπας ἐδόκει φυγῆς· μετριάσαντες δ' ὅμως ἀπεψηφίσαντο τὸ πλατύσημον αὐτοῦ. ἦρξαν δὲ τῶν χώραν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ λιμένας ἀποκατέσχον, καὶ μηδένα δουλεύειν, φῆσον ἔξεινο. ταῦτα Θρασυμήδους διαπραξαμένου, ἐπὶ τῷ παρεῖδε μὲν τοὺς πολλοὺς ἐξέπεμψεν· αὐλὸς δὲ μὴ Βειθαγόρου τε καὶ Προπύλου, (παῖς δὲ ἦν ὁ Πρόπυλος Βειθαγόρου) καὶ τοῦ ἐξῆς ἐπιμένων χρόνους, τἄλλοι πᾶσι ἐπιεικῶς ἐχρήσατο. καί πινων ἐφ' ᾧ ἀνυθέντων, τείσειν ἐπακτείσειν εἰς τὴν ἡράκλειαν ἐπανάγεται. ἀφικόμενος δὲ, πάντα τρόπον ἐπενόει ἀνοικίζειν τὴν πόλιν, καθάπερ εἰς παλιγγενεσίαν ἀναγαλέσθαι. ἀλλὰ πάντα πράττων, μόλις εἰς ὀκτακισχιλίους, ἅμα τοῖς οἰκείοις σώμασιν, συλλεγῆναι κατεπράξατο. Βειθαγόρας δὲ, ἤδη τῆς πόλεως αὐξομένης, ἐλπίδας

ἐλπίδας ἐποιήσατο πρὸς ἐλευθερίαν τ δήμου ἀνενεγκεῖν· καὶ διαγενόμενον μὲ πολλῶν ἐτῶν, ἤδη ἤ τ ῥωμαίων ἡγεμονίας εἰς ἕνα πεπερασμένης ἄνδρα Γαΐον Ἰούλιον Καίσαρα, πρὸς τοῦτον ἠπείγετο· σωεπρέσβυον ἤ αὐτῷ ἄλλοι τέ τινες τῶν ὑπατικῶν, καὶ ὁ υἱὸς Πρόπυλος· γνωσθεὶς οὖν τῷ Καίσαρι Βειθαγόρας, καὶ διὰ πεπαιδευμένος ἐγγυτέρω τῆ φιλία προσγενέσθαι, δι' ὑποσχέσεως ἐγίνετο. ὧ μὲν ἐξ ἐφόδου γε λαβεῖν τὴν ἐλευθερίαν ἠδυνήθη, ἅτε δὴ οὐκ ἐν τῆ ῥώμη, ἀλλ' ἐφ' ἕτερα τοῦ Γαΐου πορευόμενος· οὐκ ἀφίσταλο μέντοιγε Βειθαγόρας, ἀλλὰ πρὶ πᾶς ἤ οἰκουμένω αὐτὸς ἤ καὶ Πρόπυλος συμπεραιούμενος τῷ Καίσαρι, ἐβλέπετο παρ' αὐτῷ, ὡς ὑπομνήσων τ αὐτοκράτορα, τ λιπαρήσεως αὐτὸν ἀποδέχεσθαι. δωδεκαετίας ἤ τ παρεδρίαν διασώζουσης, καὶ πρὶ τ εἰς ῥώμην ἐπανόδου τοῦ Καίσαρος διατεινούσης, ὑπό τ τοῦ γήρους καὶ τῶν συνεχῶν πόνων καταπεσὼν Βειθαγόρας τελευτᾷ, μέγα πένθος τῆ πατρίδι καταλιπών.

Τέλος καὶ τῶν ἐν τῷ ις τ Μέμνονος ἱστορίας.

EXCERPTA QVAEDAM ex Agatharchide de rubro mari.

Ex primo ſermone.

REfert Ptolomæum illũ qui Lagidę ſucceſſit in imperio, elephantos & feras eiuſdem generis fuiſſe primò vernatum; quin & ea animalia, quæ variis ab invicem natura ſedibus diſcluſerat, miro quodam ſtudio ſub unam habitationem tectumque coegiſſe. Conſiderandum hîc quid tradat hiſtoricus. Etenim & ante Ptolemæos, certum eſt complures cicuribus in bello uſos elephantis, uti Porum Indum qui cum Alexandro dimicavit, alioſq; non paucos. Verùm illud mihi voluiſſe videtur hiſtoricus; ſalvâ ſatis fide & integrâ, Ptolomęum Philadelphum vel poſt Macedonẽ omnium primum

vel ex AEgypti regibus primũ, ſummâ in hoc ſtudii genus contentione incubuiſſe.

Mare rubrum nec exinde nominis ſui originem traxiſſe, quia qui Occidentem ſpectant montes Arabici ſinus, propter intenſiorem paulò fervidioremq́; radiorum ſolarium incidentiam, prunæ candentis ſpeciem repreſentant: nec quia quæ Orientem ſpectant littora terræ uberioris, & ſubrubeæ, per multa eiuſdem maritimæ ſtadia exporriguntur, nec exinde quidem rubrum vocitari. Vtcunq; enim tranſitus ſit anguſtior, & ob eminentiores colliculorum, riparumq́; ſuperiectus, ſplendor ille continẽtis, qui utrinque in ſinum demittitur, mari terrenum exhibeat ruborem, formâ quidem omnibus visâ, causâ tamen non cognita; nec ex hoc verò appellationem ſuam ſortiri vult, quanquam ante ſe plurimis id viſum fuerit. Sic ſe habet primæ cauſæ utcunq; non vera expoſitio.

Secũda eodem peccat modo. Statuit enim

enim ſolem ibi loci orientem non terſos, ſplendidoſq; radios in mare iaculari, ſicuti apud nos uſuvenit, ſed qui ſanguinem veriùs æmulentur. Quorum ex obiectu, & oppoſitione faciẽ maris aſpicientibus videri nonnihil ſanguineam, rubriq; nomen induiſſe.

Tertia autem eſt Argolica fidentior paulo cæteris, ſed opinione prorſus evanida. Tradit enim Clinias hiſtoricus, arreptâ iam olim à poetis licentiâ, Perſeum, ubi ex Argis AEthiopiam (quæ tunc temporis Cephenia dicebatur) profectus eſt ſolvendæ cauſâ Andromedæ, inde non ita multò pòſt tranſmoviſſe in Perſas, quos ſuorum alicuius poſterorum appellatione inſignivit, Erythramq; filium genuiſſe, qui ſinum ſui hæredem nominis reliquerit. Huiuſmodi eſt Argolicum de rubro mari commentum. Quartam cauſam quæ & vera eſt, à Perſâ quodam Boxo didicit, idiomate & affectu Græco, relictâq; patria iam tum Athenis victitante. Tale verò quid narabat Perſa. Viguiſſe aliquando his

in locis animosum regem & opulentum Erythram, genere Persam, filium Myozæi, habitâsse autem non procul à mari è regione illarum insularũ quæ adhuc incultæ erant sub Medorũ imperio: tunc enim & Erythras inclaruit. Hic per hyemem totam in Pasargadis consedit, vere autem appetente demum revisit ædes, tûm ut alia commodiùs obiret negocia, tûm etiam ut alternis mutationibus gratiarum aliquid vitæ suæ, & iucunditatis afferret. In huius equorum armentum, quod & maius erat cæteris & numerosius, cùm leones insiliissent, nonnullos superventu suo protinùs dilaniârunt. Qui autẽ supererant, metu visi attoniti & exagitati, quàm maximè cursim potuerunt, petiere maria: erat enim fortè fortunâ ventus à continente impellens. Ibi grandiores fluctibus se committere, & primò quidem versus terram nãtare, deinde verò metu necdũ cessante, vorticibus abripi cœperunt: ægreq; tandem ad ulterioris insulæ oram incolumes pervenissent, nisi ex

capratiis

caprariis unus, præsentissimi iuvenis animi, in fretum se immittens, alium post alium prehensâ cervice expediisset. Cùm igitur rex equos suos nusquam comparentes aliquamdiu inaniter quæsivisset, primus omnium ante se indigenarum ratem compegisse fertur, magnitudine mediocrem, firmitate & iunctură solidam. Quam ubi secundo afflante vento in alveum immisisset, propellentibus undis equos tandem suos invenit, invenit & pastorem. Miratus porrò insulam, urbem condidit iuxta commodi portus stationem, in quam pauperiores singulos ex oppositâ terrâ maritimâ evocatos traduxit. Dehinc etiam & alias insulas quæ nullosdum homines admisissent, missis in diversa coloniis occupavit, & ex antiquâ solitudine ad civilem habitum redegit: tantamq; adeò gloriam ex rebus gestis consecutus est, ut universum eiusce tractus fretũ, quod & capacitate immensum est & magnitudine, ad hunc usq; diem Erythrum appelletur. Causæ autem ap-

Mare Erythræum seu rubrũ unde vocetur.

pellationis differunt inter se. Multum enim interest an mare Erythræ dixeris, vel mare Erythrum. Siquidem illud prius loci Dominum notat, hoc vero micantem in prædictâ naturâ rutilantiam. Concludit igitur non parum distare à mendacio, si quis colorem dixerit mari nomen dedisse; neq; enim rubrum est, sicuti & illud alterum esse constanter verum, quod Persa asseveravit de præfecto.

Neminem à Perseo oriundum, quãquam alii complures id asserant, Persis dedisse appellationem. Non enim se Πέρσας accentu in penultimâ acuta sed περσᾶς ultimâ circumflexâ dictitant.

Esse quæ de Perseo narrantur fabulosa, & commentitia, ex aliis multis fusè probaturus, hæc adiicit. Perseusne tragicã fecerit expeditionem cum larvâ indutâ ense falcato, cæteraq; id genus prodigiis permittentes histrionibus disceptanda, quorũ id interest cõponere, & conciliare si quæ minùs bene in fabulâ conveniant, nos istiusmodi

modi portentorum capita, quàm breviſsimè poſſumus, percurramus. Fuiſſe Centaurum, Gerionem, Cyclopem, Chryſam, Circen, Calypſum, Minotaurum, Scyllam, Chimæram, Pegaſum, Læſtrigonas, Cerberum, Glaucum maximum, Atlantem, Proteum, Nereum, Nereidas filios Aloei, qui in longitudinem excreverat novem orgyarum, latitudinem novem cubitorum. Genus hominum promanâſſe è terrâ (ſi Heſiodo fides adhibēda) primò aureum, deinde argenteum, tandem æreum. Equos cum Achille de futuris collocutos, Sphingem Thebanis ænigma propoſuiſſe, Sirenas ut ad interitum pellicerent audientes, ceciniſſe. Nioben & Polydecten præ metu lapiduiſſe. Ad hæc, Vlyſsis ſocios ex hominibus in ſues, ex ſuibus in homines tranſmutatos. Tantalum propter modeſtiam honoratum, & commenſalem factum Deorum, punitum verò ob linguæ intemperantiam, & in aëre pendulum. Alios orcum petiiſſe diverſo fine: hos ut pro viventi-

bus umbras mortuorum vatum consulerent; illos, ut Proserpinam quasi iam solam & solitariam raperent in uxorem. Quin & vellus aureum fuisse arieti adnatum, malos Libycas aurea protulisse poma, hominem per totius vitæ cursum insomnem perdurâsse, Boream & Notum in vasculo cum cæteris ventis compressos & coarctatos. Pasiphaëm cum tauro, Tyrum cum flumine se miscuisse, neq; ab ullo genere concubitus quantumcũq; prodigioso & alieno abstinuisse. Philomelam in luscíniam, Tereum in upupã, Hecubam in canem domesticum transiisse. Io præterea filiam extitisse fluminis, formâq; tauricornigerâ incitatę bovis Ponticum pelagus transvolâsse: unde & Bosphorum appellatum. Cæneum Lapitham ab initio virginem fuisse ac mulierem, pubescentem in virum transiisse; tandem verò Centaurorum clavis bellè pulsatum, recto vivoq; prout erat corpore terram subiisse. Ledam pro solitâ mulierum fœturâ ovum peperisse, ex quo

egregia

egregia illa Helenæ pulchritudo formata ſit & excuſa. Hellem Phrixumque arietinis pedibus inſidentes alveum traieciſſe, & quod utrinq; occurrit fretum, Helleſpontum à ſe nominâſſe. Herculem maria illa in quibus aſperrimæ dominantur hyemes, lebete tranâſſe: Libyam, cùm nec fata, nec aquas, nec viatores haberet, ſolum peragrâſſe, tantumq; Atlantis orbem ſuſcepiſſe, non parentem mandato, ſed gratiam præſtantem. Pulſante Orpheo & montes lenocinia citharę ſecutos & petras. Carnes ſolariũ boum aſſatas vocem edidiſſe, quæ ab hominibus poſſet intelligi. Manes defunctorum cum vacatione & otio Vlyſſi multa apud inferos liberiùs adganniiſſe, characterem hominis ex informi tantùm umbrâ coniectantes. Quorum hos præ immodicâ potus infuſione nec ventres habuiſſe nec guttura, illos ferrum metuere cùm vulnerari non poſsint. Alios ſaxa volutare corporibus iampridem igni traditis. Nonnullos decidere cauſas mortuorũ

ubi

ubi nulla ſubeſt iniuria, nullum facinus. Quin & illud tandem ultimum ſpectra, & imagines non entium tranſfretare in navicvlâ, idq; ſub Charone nauclero, ac portitore, ne fugam capeſſentes, ſi liberę mittantur, denuò opus habeant reportari. Alceſtidē, Proteſilaum, Glaucum, ubi naturæ conceſſerant, revixiſſe. Hanc ab Hercule reductam, illum ob amorem coniugis, illum verò à vate excitatum, quem Thebana olim cāpeſtria deglutierūt. Vivētem Amphiaraum cum equis & bigâ ſimul terram abſorbuiſſe. Satos porrò dentes ex Cadmæo draconе, qui ingentem vim pugnantium inter ſe emiſerint armatorum. Talum cuſtodem Minois univerſam Cretam tanta cum ſit tamq; latè patens, ter ad minimum ſingulis diebus perluſtrâſſe, cui tamenſoli viventium omnis vita in pedū modò malleolis extiterit. Mori nō potuiſſe Minoëm niſi fervēte aquâ, & bulliente ſuperfuſâ. Vetulum arietem Medææ incantationibus rurſum adoleviſſe. Peliam patrem à Peliadi-

bus

bus coctum ut iuveneſceret. Tres anus Phorcidas uniusoculi beneficio totam vitam tranſegiſſe inviolatã mutuò præſtantes fidem. Arcadas Atticoſq; præter naturam è terra prodiiſſe. Iphigeniam in Aulide cæſam apud Tauroſcythas rurſum cõparuiſſe. Quæq; in Helleſponto demerſa eſt, à patre Acriſio in littora Seriphiorum unà cum infantulo eiectã incolumẽ. Proſtratum à Menelao Paridem in monomachia, derepente in thalamum abreptum, vbi depoſitâ graviorum curâ, & memoriâ ad concubitum ſe accinxerit. Illud lignei equi conceptaculum non eo fine fabre factum, ut caperetur Troia, ſed ut proderẽtur Vlyſſes, & Neoptolemus. Talem tantaq; res ipſa notat ſtultitiam & artificis qui fecerit, & optimatum qui inſcenderint, & Troianorum qui admiſerint in civitatem. Atlantem & cęlum tam immenſum unâ cũ Diis in eo verſantibus humeris ſubiiſſe, & Atlantidas etiam progenuiſſe. Quod planè & impoſſibile. Totam orbem circumire

re Oceanum ſuarumq; undarum cuſtodiâ continere, ultra quem Gorgones habitant; ſic enim placet Heſiodo. Heröum nonnullos integris corporibus per omne ævum apud fortunatas inſulas perennare, quas nemo quiſquam accuratè deſcripſit. Hęc omnia dubię cùm ſint & incertæ opinionis, mulierũ non paucis anſam præbuerunt iuſtiſsimam deridendi. De Diis verò illa quis approbet? hunc in fæmore conſutum enutritumq;, illam in Iovis cerebello tanquam in utero geſtatam, alium ſine patre perfectum (Vulcanum dico) Solem verò propter Atrei facinus in Thyeſtem occaſum vertiſſe in ortũ, ortum denuo in occaſum. Apollinem & Neptunum, ubi per annum in Troiâ ſerviiſſent, non modò mercede falſos eâ quę ex pacto iis debita erat pro operâ in ædificando bobusq; alendis iam recẽs navatâ, ſed & in graviſſimas Laomedonti minas impegiſſe. Dionyſũ præ metu perſequentis Lycurgi ad Thetidẽ in mare cõfugiſſe. Deas inſuper de pulchritudine contẽdiſſe, quarum

rum una quęlibet arbitrum ſuis donis corruperit ad ius negligendum, iudicii tamen eventum peræque omnes fefelliſſe. Magnitudinem Minervæ in viliſſimæ hirundinis corpuſculum ſe demiſiſſe, Excellentiam Iovis in cygni ſpeciem ſe conformâſſe compreſſiſſe, venuſtatem Cereris in rem fędiſſimã turpiſſimam abiiſſe, maximumq; illũ & celebratiſſimum Iovem a fratre uxoris arctiſſimâ ſibi cognatione devincto inſidiis petitum, ab inimiciſſimis verò Titanibus ſervatũ, quos è ſubterraneis vinculis, caligine, cuſtodiâ aſcendentes operãq; prębentes in terrendis Neptuniis, rurſum ſponte ſuâ ad Acherontem ad inferos remeâſſe. Venerem porrò ab homine vulneratam, Martem ab Oto & Ephialto ligatum, Plutonem in regni ſede & imperii ab Hercule ſagittis transfixum, graviſſimos dolores ſuſtinuiſſe. Vulcanum à ſũmitate cœli & faſtigio in Lemnum inſulam deturbatum laborantem, palpitantẽ, & extremũ iam propè ſpiritũ trahentem. Iunoni ad pedes à Iove,

gran-

grandissimas incudes alligatas. In universum Deos mœchantes, fulminatos, mancos, furto deditos, hominibus infirmiores, facile convitiantes, delinquentes, quiritantes; à nulla tãdem earum passionũ liberos, quæ nobis molestiam creantes opem Deorũ cogunt implorare. Hæc igitur & huius farinę plurima qui prodigiosè adeò finxerint, literisq; mandârint, cum ipsi à veritate ab sint longissime, indigni omnino censeantur qui alios veritatem edoceant. Tot rationum vi & firmamẽto nixus Agatharchides, Persei q; inter cætera historiam ad consimiles traducens nęnias, nec mare illud Erythrum à filio ipsius unquam fuisse contendit appellatum.

Huius verò tam iniquæ opinionis ipsum sibi causam esse subdit reprehẽdentem: utpote qui poeticã licentiã ad rerum calculos paulo severiùs examinârit, & exegerit. Cuius reprehẽsionem si quis tollat, fidem antiquitati præhabitam nihilo quàm antea dabit viliorẽ. Ob quid enim Homerum non

arguam

arguam rei incredibilis, dum Iovis & Neptuni narrat litem? nec Hesiodum incusem maiore quã par erat ausu Deorum genealogiam percẽsentem? nec Æschylũ corripiam in multis falsum, & quæ nullo modo concedi debeant plurima scriptitantem? nec Euripidem illum deferã, qui res a Temene gestas Archelao inscripserit, vitamq; Tiresię ad quinq; longiùs ætatum seriem produxerit? nec alios eidem censuræ subiiciam, qui dramata sua figmentis pereque impossibilibus infercierunt? ideo mehercule quia poetæ universi vel scopum sibi destinant veritatẽ, vel delectationem.

Indiam elephantos nutrire, & Æthiopiam Thebis Ægyptiacis conterminam, quin etiam & Lybiam. o

Quatuor loca AEgyptum circumdare, à septentrione pelagus, ab ortu & occasu solitudines, à meridie AEthiopes.

Ptolomæum in bello AEthiopico quingentos è Greciâ equites exciviſſe, coegiſſe: centumq; ex iis quorum erat

in

grandissimas incudes alligatas. In universum Deos mœchantes, fulminatos, mancos, furto deditos, hominibus infirmiores, facile convitiantes, delinquentes, quiritantes; à nulla tãdem earum passionũ liberos, quæ nobis molestiam creantes opem Deorũ cogunt implorare. Hæc igitur & huius farinę plurima qui prodigiosè adeò finxerint, literisq; mandârint, cum ipsi à veritate ab sint longissime, indigni omnino censeantur qui alios veritatem edoceant. Tot rationum vi & firmamẽto nixus Agatharchides, Persei q; inter cætera historiam ad consimiles traducens nęnias, nec mare illud Erythrum à filio ipsius unquam fuisse contendit appellatum.

Huius verò tam iniquæ opinionis ipsum sibi causam esse subdit reprehẽdentem: utpote qui poeticã licentiã ad rerum calculos paulo severiùs examinârit, & exegerit. Cuius reprehẽsionem si quis tollat, fidem antiquitati præhabitam nihilo quàm antea dabit viliorẽ. Ob quid enim Homerum non

arguam

arguam rei incredibilis, dum Iovis & Neptuni narrat litem? nec Hesiodum incusem maiore quã par erat ausu Deorum genealogiam percẽsentem? nec Æschylũ corripiam in multis falsum, & quæ nullo modo concedi debeant plurima scriptitantem? nec Euripidem illum deferã, qui res a Temene gestas Archelao inscripserit, vitamq; Tiresię ad quinq; longiùs ætatum seriem produxerit? nec alios eidem censuræ subiiciam, qui dramata sua figmentis pereque impossibilibus infercierunt? ideo mehercule quia poetæ universi vel scopum sibi destinant veritatẽ, vel delectationem.

Indiam elephantos nutrire, & Æthiopiam Thebis Ægyptiacis conterminam, quin etiam & Lybiam.

Quatuor loca AEgyptum circumdare, à septentrione pelagus, ab ortu & occasu solitudines, à meridie AEthiopes.

Ptolomæum in bello AEthiopico quingentos è Greciâ equites exciviſſe, coegiſſe: centumq; ex iis quorum erat

in

in ipsâ aciei fronte primos belli impetus & pericula excipere, armaturæ cuiusdã levioris specie accinxisse. Stolis enim & equos & insessores stipatis pressioribusq; circũinduit, quas illius loci indigenę casas appellitãt, artificio tam cõcinno elaboratis, ut universum corpus prętersolos oculorum obtutus, contegerent.

Quod à Memphi ad Thebaidem sint quinq; intermediæ prefecturę, numerosam hominum multitudinẽ cõtinentes. Prima est Heracleopolitis, secunda est Lycopolitis, tertia est Oxyrinchitis, quarta est Hermopolitis, quinta est quã illi Phylacẽ seu custodiam, alii Schediã vocitant, ubi terminũ & extremitatem superiorũ omniũ defigunt, statuuntq;. Prædicta verò loca transcendenti, initium Thebaidis occurrit Lycorũ civitas hanc excipit, Veneris, hãc Panon, hãc Thęnis, hanc Bopus, sub quâ Diospolis quam appellant minorẽ. Supra provinciã Tentyritanã est Apollinis quæ dicitur civitas, supra quã Coptus, dein Elephantine,

dein

dein AEthiopum regio & Cortia prima. Sic à Memphi ad AEthiopiam tractus sunt in universum percensiti.

Quòd prope rubrum mare quâ Nilus multis ludit ambagibus & excurrentiis, eò tamen divergit planè & in dextro cubitorum flexu magnam facit divertentiam. Quin & ex vicino mari sinus ad continentem copiosus transmittitur, ut in intermediâ oppositione aqua salsa dulcisq; multi instar luti coalescant. Iuxta hoc igitur prædictum mare loca quædam iis metallis abundant quæ germana dicuntur, exteriori cute admodum nigrâ. Eiusmodi tamen habent in se marmoreas enascentias, ut si iis quicquam compares longè superent, albedine iudicium superante.

Quòd quos extrema sors occupârit, eos tyranni ad dirissimam aurifodinarum servitutem relegent. Alios cum liberis & uxoribus, pessimè habentes, alios autem & sine istis. Postquam igitur hanc nulli cedere miseriam do-

cuiſſet, dein & auri faciendi modum enarrat. Montium (inquit) in quibus aurum invenitur rigidiores ac duriores ubi incẽderint, flammâq; emollierint, ita demũ iis manum admovẽt. Incumbentes petræ ferro lapicidinario comminuũtur. Præit autem iis qui lapidem dividit artifex, viasq; monſtrat effoſſuris. Exinde univerſum opus miſeti cõmuni quadam neceſſitatis ſorte partiũtur. Hunc in modum robuſti & iuvenes locum albicantem non arte ſed vi, ferreis cuneis adhibitis proſcindunt, aguntq; per petram cuniculos plures non rectos, prout aurei ramenti ſitus flagitârit. Modò enim ſurſum reſpicit, deorſum modò, modò ſiniſtrorſum, modò in obliquius formâ jt flexuoſâ non abſimili radicibus arborum. Hi igitur lumina frontibus alligata habẽtes continuè cædunt, ſequunturq; inſtar venæ albedinem. Quin et multifariam motis hàc illàc corporibus fruſta in ſolum deiiciunt. Non hæc propriâ agentes curâ aut voluntate, ſed imminentiâ præſidis coacti, qui increꝛ

crepationem verberibus adiungere nunquam desinit. Impuberes autem cuniculos horum operâ effossos subintrant, ramentaq; deiectorum summo cum labore collecta intra buccas efferunt. Ab his accipiunt provecti; & ex infirmioribus non pauci, lapidem de uno ad aliũ transferentes, donec tandem pervenitur ad Inspectores appellatos. Qui annum sunt intra trigesimum, staturâ validâ, ii lapideas pilas ferreo pistillo gnaviter detundunt. Cũque magnum fecerint cervi simile fragmentum, ad eandem formam metiuntur aliis. Labor autem iste mulierum est quæ in custodias abducuntur unâ cum viris aut parentibus. Siquidem molæ plures adiacent quas in detunsũ ferunt lapidem: ubi tres hinc inde unicuilibet cæsuræ astantes, ita turpiter cinctæ molunt, ut sola pudẽda non videas. Eousq; verò molunt, donec in tenuissimæ siliginis speciem data mẽsura reducatur. Hi omnes qui prædictam fortunæ sortem subierunt, mori multò quã vivere satius ducũt. A muli-

ribus contritum accipiunt ſelangæi, artifices nimirum ad finienda regis negotia deſtinati. Quorum opus ſic ſe habet. Contritum marmor in tabellâ ponunt latiore & ad rectam formam cæſâ, verum nõ uſquequaq; rectâ, ſed & nonnullam habente inflexionem. Poſtmodum affuſâ aquâ manibus terunt, primò quidem leniter, deinde verò magis. Vnde (opinor) quod terreum eſt liqueſcit ſimul defluitq; ratione lævis ſuperficiei: quod verò ſolidius eſt, ibi hœret immotũ. Selangęus porrò ubi ſæpiuſculè lavârit, ſpongias ſibi aſſumit molliores & craſſiores. Quibus aliquamdiu marmor facilè premens, ſolutam materiam infixam poris detergit, firmã verò ſplendidamq; in tabellâ relinquit abſconditam. Difficulter enim præ inſigni põdere moveri poteſt. Ad hunc modũ ſelangæus perpurgata auri ramenta tradit coctoribus. Illi quod pondere & menſurâ acceperint univerſũ in vaſa immittunt figulina. Dehinc (prout eorundem quantitas æſtimata popo-

ſcerit

ſcerit) fruſtum plumbeum, & grana quędam ſalis, nonnihil etiam ſtāni, furfurēq; etiam hordeaceū unà miſcent. Mixta demum operculo ſuperaddito tegentes probè concinnato & undiquaq; perlito, in fornace per quinque dies totidemq; adeò noctes continuas decoquunt. Die ſequenti frigidâ ex æquo calidis reſpondente admotâ in vaſculum conjecta, nihil inibi reperiunt, præter huius modò auri liquorem parum quid immutatum. Sic igitur fit, ut multorum obitu miſerrimo ſimul & infœliciſſimo aurum conquiratur, elaboretur, & ad prædictum finē perducatur. Ipſâ propemodum naturâ oſtēdente auri & inventionem eſſe difficilem; & cuſtodiam periculoſam; & curam inſignem; & uſum, doloris iuxtà voluptatisq; participem; & elaborationem modo hoc AEgyptiaco quodammodo iis antiquiſſimam. Siquidem à primis AEgypti regibus adinvēta eſt metallorum natura. Ceſſavit autem omnis expolitio & cultura, tûm propter AEthiopas, qui numeroſâ mul-

titudine regionẽ invaſerunt, urbeſq; per aliquot annos incoluerunt (à quibus & Memnonia originem traxiſſe fertur,) tûm propter Medorum itidem Perſarumq; imperium. Veruntamen & adhuc noſtrâ ætate reperiuntur in aurifodinis ipſorum inſtrumenta quædam ærea (necdum enim ferri uſus innotuit,) oſſaq; hominum incredibilis multitudinis. Cùm veriſimile ſit non pauca in latis illis ſpacioſisq; cuniculis occultari cadavera. Lacunæ porrò ſũt tàm immenſæ & uſq; adeò dilatatę, ut obliquis ductibus ad ipſum mare pertingant.

Quâ AEgyptus ad auſtrum vergit, quatuor eſſe gentes maximas. Quarum quæ fluminibus adiacet, ſeſamum ſerit & milium: quæ paludibus, arundinem contrectat & molliorem herbulam: quæ erratica, ex carne vivit & lacte: quæ autem maritima, piſces venatur. Poſtrema hæc nec urbes habet, nec domos, nec ullam aliam ſtructuram, in quâ vel ſpecies artis appareat. Eſt autem cæterarum, ut quidam volunt

volunt, longè maxima. Ab Autæis enim qui ultimum receſſum tenent magno mari circundatum, ad uſq; Indiam, Gedroſiam, Germaniam, Perſas & Inſulas iis ſubiectas, Ichthyophagi quaquaverſum habitant. Hi cùm nudi ſunt ipſi, tùm & uxores etiam nudas habent, & ex communibus cõmunes liberos. Voluptatis doloriſq; naturalem modò habent ſenſum; boni verò & mali ne minimam notionem. His nec quæ ex alto petuntur, nec quæ magnis littoribus propinqua victum ſuppeditant. Non enim capturâ piſcium aut alterius conſimilis generis lautiorem præbet hæc terra. Domunculæ omnibus ſitæ ſunt ad promontoria. Quæ cùm & convalles habeant immenſas, & cavernas inæquabiles, & meatus anguſtos, & tortuoſa diverticula, horum ita commodè ſe habentium aditus ſaxis inſuper firmioribus præmuniunt ut naſſarum ſint loco. Quando igitur æſtus ad continentem moverit (fit autem hoc bis per ſingulos dies horâ nonâ & tertiâ) tunc mare

universum littus obtegit, vi suâ secũ ferẽs non paucos pisces, qui dũ in littore hærẽt, cavernas, pabuli gratiâ, solẽt oberrare. Recedente verò æstu, aquæ per lapides & abrupta in locũ declivẽ festinũq; refluũt, pisces verò in cavernis destituti, in paratissimã cedunt prædã & pabulum Ichthyophagis. Sed alii quidẽ pisces (uti diximꝰ) facilè debellantur. Cùm verò canes ceciderint & phocæ maiores, & scorpii, & murænæ & universũ istiusmodi genus, non sine periculo fit conflictus. Quotcunque demum acceperint, petris quibusdam imponunt Meridiem spectantibus, iisdemq; ob continuam radiorum solarium percussionem impendiò calidis. Nec diu in alterâ torreri sinunt quin alteram etiam partem soli obversent. Postmodum apprehensâ caudâ, totâq; mole agitatâ, quod carneũ est omne excidit, prædicti caloris vi dissolutũ. Spinas verò adeo in unũ acervũ diligẽter cõgerũt, ut ex iis cõgestis nõ parvi tumuli eminus visãtur. Dehinc carnẽ lævi petrę superimponentes, fortiter aliquam-

aliquamdiu premunt admixto tandē ſemine paliuri. Eo enim admixto uniuerſam maſſam conſolidant reddūtque ampliorem. Videtur autem hoc ſemen condimenti cuiuſdam & affuſionis ſuavioris habere gratiam. Vbi igitur ſatis iam calcando attriverint, in modum longiorum laterum formantes denuò ſoli obiiciunt. Quibus rurſum deſiccatis, ſedent omnes & epulantur unà, non ad certam aliquam dimenſionem aut pondus, ſed prout cuiuſq; fert libido & deſiderium.

Adverſus repentinas tempeſtates quæ ſolitâ eos capturâ piſciū fruſtrantur, tale quiddā machinari. Vicinā maritimam totā pererrantes conchas ubiq; legunt (maximæ autem ſunt, ut non videntibus incredibilis ſi exprimatur viſura ſit earum magnitudo:) quarum carnibus crudis ad indigentiam ſupplendam famemq; tunc temporis ſatiandam utuntur. Sed quoniā & adhuc piſcibus egent, prænominata rurſum legunt conchylia, eademq; cum recenti algâ & piſcium minorum capitibus

capitibus in fossis reponentes enutriunt. Enutritis (uti dictum est) famem explent, si quando res ita popoſcerit. Quòd si verò utrinq; eos cibus deficiat, ex universâ spinarum congerie succo pleniores & recentiores suis temporibus eximunt. Harum alias petrarum acie conscindunt, alias dentium robore comminuunt, ad morem planè se habentes latitantium belluarum. Ratio est iis potandi multò mirabilior: siquidem per dies quatuor venatibus cantibusq; more patrio incondîtis, & cęteris id genus ludicris congressibus liberè indulgere solent, cùm nihil eos remorari possit ob facilitatem victus. Appetente quintâ, provolant omnes in cõvallem, potandi gratiâ, eas ad confluentias, ad quas armenta sua solent aquare pecuarii. Noctu itinere suscepto, ubi pecuinas hasce aquationes attigerunt, locum undiq; obsident. Dein manus in terram defigentes & geniculatim procumbentes, sũmo cum clamore bibunt non semel modò interspirantes sed & sæpiùs.

Ventribus

Ventribus aquâ, quantâ possunt, inflatis instar utriculorum, vix tandem ad mare retrocedunt. Reversi, totum illum diem pisce & quovis alio cibo inguſtato transigunt. Iacent autem omnes distentis corporibus ęgrè spiritum trahentes, ut quodammodo ebriorum similes videantur ob insignem torporem. A proximo antepridianam diætā repetunt. Atq; ita continuè vivitur, nemine ullius rei curam habente vel sollicitudinem. Morbi iis propter simplicem victum non ita frequentes. Tā-tum vero absunt à longęvitate nostrâ, quanto leniorem habent, & liberiorem vivendi conditionem. Qui intra augustias sunt Ichthyophagi, sic agūt. Qui verò exteriorem maritimam possident, prædâ istiusmodi semper abundant, aquâ autem omnino non egent. Piscem enim succulentum comedentes pœnè crudum, non modò potum non quęrunt, sed ne cogitant quidem. Ferunt autem iucundissimè quæcunq; iis ab initio fortuna obtulit.

In præfatis locis habitantes non eodem

odem modo nobiſcum affici erga res omnium maximè metuendas. Nec enim ferrum cervicibus intentatum diſfugiunt, nec cõvitiis irritantur, nec cęſi vulnere movetur non cæſus. Verùm ſi quâ eos conſimili iniuriâ laceſſant, alienigenæ, facinus illi quidem fixis oculis intuentur crebrò moventes capita. Cæteroquî nullum edunt cõmiſerationis ſignũ, prout eſt in more apud homines. Vnde ego (inquit hiſtoricus) exiſtimo non callere eos diſtinctum ullum aut articulatum ſermonem, ſed partim familiari agitatione, partim nutu, partim vocibus obſtreperis, partim & mimeticâ oſtẽſione quæ ad vitam ſpectant omnia procurare.

De non ſitientibus Ichthyophagis & phocis peregrinum.

ESSE nonnullos adipſis Ichthyophagis conterminos qui quaſi perpetuam pacem firmâſſent fæduſq; iniiſſent, nec ipſi phocas lædunt, nec

à phocis ipsi læduntur. Si quando uniantur, liberè hoc faciunt & sine periculo, nullas invicem struentes insidias, sed & perinde amicè vivunt, ut vel inter homines eiusmodi commercium reperiri vix possit.

Ichthyophagorum alii in speluncis degunt non versus meridiem sed septentrionem positis. Timor enim est à suffocante æstu & ivi solis quæ solet ibi loci esse ignea. Alii ex costis piscium & algâ superiectâ domũculas erigunt. Alii ex summitatibus olearum adinvicem commissis & colligatis. Quod genus oleæ fructum ferre dicit castaneæ nuci persimilem. In quarto ordine qui sunt, huiusmodi utuntur umbraculis. Immensa arenarũ colluvies iam ab omni (uti videtur) ævo in montem usq; excrevit, ita cõtinuo undarum appulsu fortiter compacta, ut universum ratione mixtæ & coalitæ arenæ molem referat planè homogeneam ac uniformem. Ibi cuniculos illi substruunt laxiores paulò maioresq; ut virilem capiant altitudinem

nem. Superiorem, & quæ in vertice eſt, molem omnino non tangunt; eo ſcilicet fine, ut conſolidata meliùs præſidii iis ſemper loco eſſe poſsit & tegumenti. Verùm de ſubſtrato ſolo meatus ducunt longiſsimos ex omni parte verſus ſe invicem perforatos. In quibus aliquamdiu feriari ſolent ventum ſpectantes & auram. Recedente verò æſtu, expoſitam prædam (uti iam ante diximus) cupidè arripiunt. Mortuos ſuos nullâ dignantur curâ, quandoquidem nec ulla eorum mentes commiſeratio ſubire poſsit. Eapropter inhumatos iacêre ſinunt, donec tandem æſtu marino tranſferantur, & pabuli vice piſcibus obiiciantur. Eorum nonnullis qui ex mari victitant, cùm alia accidere, tùm verò hoc mirandum maximè, quodq; omnem ſuperat conceptum rationis. Nec enim ſciri poteſt, unde tandem in hũc locum in quo iam conſederunt, migraverint. Præſertim cùm acclivis petra deſuper adhæreat, à latere præcipitia viã negent, & adverſa omnis pla-

ga

ga vel pediti ſimpliciter (ut ita dicam) ſit impoſsibilis, tantùm non ratibus, quarum illi architecturam ignorant, perinde inacceſſa. His ita habentibus, reliquum eſt indigenas fateamur qui vim primigeniam imminutã ſervaverint, adeoq; ſemper extiterint, prout è Phyſicis nõnulli iudicavere. Vltra anguſtias (ait) quæ Arabiam cingunt & oppoſitam regionem, inſulæ ſitæ ſunt ſporades, humiles omnes, parvæ magnitudine, multitudine infinitæ, nullũ fructum edentes vitæ utilem, nec ſativum nec ſylveſtrem. Diſtant à prædictâ terrâ ſtadiis quaſi ſeptuaginta; reſpiciunt autem ad immenſum illud pelagus quo India videtur & Gedroſia continuari. Fluctuatio ibi nulla, ſed ut aliæ aliis anteriores, ita undas viciſſim ſuis excipiunt prominentiis.

Aërem videntur habere ſaluberrimum. Habitant in iis numero non pauci ad hunc modum viventes. Eſt in vicino mari aſpero planè & procelloſo ingens copia teſtudinum, quæ cũ inſigniter latæ ſint magnæq;, marinas

omnes

omnes opinamur. Hæ noctu in profundo morantur, interdiu insularum petunt aprica magis & serena diverticula, in quibus dormiunt, soli obvertentes immensitatem suam naviculis non absimilem. Quo tempore nec opinatò adorientes Barbari arte tandem suâ, conatu, & funiculorum ope in terram longiùs removent; remotas excoriant, excoriatis interiora omnia vixdum semiassa suaviter comedunt. E testis verò quædam sibi tabernacula conficiũt, casarum instar in excelsis locis nõnihil prona erigẽtes. Necnon pro cymbis etiam utuntur & utriculis. Vt idem planè sit apud eos navicula, domus, vas & cibus.

Ab hoc genere non multum disitos benè multos homines cetorum beneficio nutriri quos fretum ejecerit. Quâ eos deficiente alimoniâ (fit autẽ sæpissimè) ossium frustula & extremitatẽs costarum coguntur mandere, ut ita famem suam etiamsi ægrè, solentur tamen. Genera igitur Ichthyophagorum quæ ad notitiam nostram perveneranț

venerant, (infinita enim necdum nota) totidem ferè sunt.

Vita cùm nostra tota sita sit in rebus necessariis & supervacaneis, prædicti Ichthyophagi iis carent omnibus quæ minùs necessaria, quæ autem magis, abundant omnibus. Ita scilicet numine procurãte divinitus satiati, exterum omne studium aversãtur quod mentes solet naturasq; nostras seducere. Nec enim principatum appetentes litem illam fortunæ dubiam subeunt miserumq; conflictum, nec plus æquo cupientes multa aliis inferunt ipsi, multa ipsi vicissim ab aliis quę vitare possent patiuntur, nec certamina maiora conflant in noxam cædemvé hostium, nec periclitantur amissione suorum, nec lucrum vitæ navigando præferentes infœlicibus eventis dolorem metiuntur. Sed cùm paucis egeant parum & dolent, quòd satis est, possidẽtes, quod plus satis, negligentes. Movet eos non incognitum absens, sed si desideratum quid præsertim ubi festinante appetitu serùs

potiuntur. Itaque is cui omnia cordi sunt, verè beatus erit in ratione naturæ, utcunq; non sit opinione humanâ. Legibus porrò nõ gubernantur. Quid enim opus est subesse eum præceptis, qui vel sine his novit bene facere. Supra Ichthyophagos ad Astaboram fluvium, qui AEthiopiam transit, & Libyam, (est autẽ Nilo multò humilior, committitque se tandem maiori confluentiæ, ubi cinecturâ sua Meroën insulam describit;) Ad hunc inquã Astaboram in utrâque ripâ habitat populus non ita frequens. Quorum vita sic habet. Ex propinquâ palude radices arundinum effossas terrè lavant, lotas particulatim atterunt lapidibus. Vbi iam mollescere materia, ut fingi formarique possit ad cohæsionem, liba inde conficiunt manum implentia, quibus æstu solari nonnihil assatis pro cibo utuntur. Habent isti inevitabile malum, leones qui in paludibus insidiantur. Sub exortum verò canis, infinita culicum multitudo nascitur, quę populum ad stagna recurrentem illęsum

finit

sinit, leones verò cogit exulare. Neq; hoc tantopere fit morsus infestatione, quanquam nec ea ferenda, atq; peregrino illo vocis stridore, & inusitato. Verũ hęc narrentur ut paradoxa. Quid enim vero dissimilius, quàm ut leones cedant culicibus, homines autem eiusmodi malo liberentur? Excipere prędictos Hylophagorũ genus, & eorum qui ex semine victitant, parum differens. Siquidem hi cadivis arborum fructibus vescuntur omnes, idq; sub æstatem tantùm. Per reliquum tempus gramine quodam in umbrosis convallibus & ex se satis solido, & caulem nutriente affinem iis, quę appellãtur buniades.

Cuius illi non omnem, sed mollissimam modò herbulam comedunt. Noctu ea sibi loca in quibus à ferarum incursu tutissimi dormire possunt, eligunt. Oriente iam sole, cum liberis, & uxoribus arbores omnes conscendunt, certatimq; prehensis ramorum extremis, succum inde hauriunt tenerrimum levissimè epulantes. Adeoque

oque se per totius vitæ curriculum assuefaciunt, ut & incredibili inter conscendendum celeritate utantur, & mirâ agilitate non manuum modò, digitorum, pedum, sed & reliquarum planè partiũ. Siquidem ab alio ad alium ramum facilè transiliunt, & in iis locis in quibus non satis fida statio, à se invicem divellunt. Idq; faciunt ostentandi gratiâ, ut & qui viderit consternetur, nec tamen aliis imperitis audeat enunciare. Ramum quemlibet succulentum dentibus contritum in ventriculis statim decoquunt. Vnde ea corporum exilitas, ut si quando de sursum cadant, vix plagam sentiant. Nudi omnes communem habent liberorum ortum, promiscuum concubitum. De locis inter se sæpiusculè digladiantur. Perit tandem eorum pars maxima fame confecta, ubi annũ attingit quinquagesimum. Tunc enim affusio morbus patrius, solet iis oculorum aciem discurrendo excæcare.

De

De iis qui dicuntur venatores.

VLtra Hylophagos, qui ab indigenis vocati venatores. Sub arboreis illi frondibus plurimùm deliteſcunt, ut exinde de improviſo feras (eſt enim earum proventus ibi loci longè maximus) iaculandi arte, quam unicè callent, proſternant, proſtratis epulentur. Deficiente hoc genere viatici, pellibus ferarum quas cæperant, medentur fami. Madefaciunt autem priùs aquâ, dein levi igni ſuperimponunt, dein iam propè cinereas per cętus dividunt & contubernia.

De Elephantophagis.

AB hâc regione qui occaſũ verſus plurimùm diſtant, Elephantorum carnibus veſcuntur. Alii ab arbore in quâ ſedent, ferarum tranſitus obſervant, manibusq; caudâ apprehẽſâ, pedibus ſiniſtrum fœmur obequitãt. Poſthæc ſecuri expeditâ dextrum po-

plitem crebris ictibus feriunt, donec tandem nervos abſciderint. Adeoq; ex hâc parte prementes, ex alterâ caudam tenentes incumbunt, quaſi iam de vitâ contentio. Et rectè illud. Vel enim occidere neceſſe eſt, vel mori; diſcrimen temporis negat tertiũ. Cadente tandem belluâ propter vulnerum frequentiam, & immodicum ſanguinis profluvium, ſocii omnes illico advolant, vivæq; adhuc poſteriores carnes abſciſſas comedunt, de reliquo ultima eius expectantes. Qui igitur in huiuſmodi venatione ſummo ſe periculo obiiciunt, huiuſmodi ferè ſunt. Alii autem in hunc modum tutiùs venantur. Latent in dumoſis quà feræ tranſeunt, tres homines, uno tantùm arcu accincti, pluribus autem ſagittis ſerpentum veneno intinctis. Adventante igitur iam belluâ, unus hic arcũ pede firmat, reliqui duo nervum quantâ maximâ vi poſſunt, intendentes, emittunt ſagittam, deſtinato ſibi medio latere, cuius illa ſeptum penetrans, breviores quæ inibi ſunt coſtarum tranſadigit

digit. Vnde fit ut ingens hæc vi plagæ concita, miſereq́; laniata ruat in terram.

Tertiũ genus elephantophagorum ſolet tunc demum inſidiari, ubi feræ pabulo diſtentæ ſomnum capeſſerint. De quibus illud porrò ſciendum, non dormire eas in terrâ reſupinas, ſed craſsiſſimis & validiſsimis arboribus incumbentes. Adeò ut qui propè ſtipitem pedes, ſolum leviter tangant, latus autem cum univerſâ mole ligno ſuperferatur. Atq; hac ratione dormire illi quidem videntur, non dormiunt. Nec enim ſecus fieri poteſt, cùm & ingens timor altis ſoporibus immineat, & præſetiſſimus cadentẽ ſequatur interitus obnaturæ impotentiã. Qui igitur ex huiuſmodi prædâ victitant, condenſis nemorum pererratis, & cubili tandem feræ deprehenſo, à poſtico ſecant arborem eouſq;, donec neq; tota in terram propendeat, nec tamen nimis valida, utpote parvo momẽto innixa, relinquatur. Bellua cùm iam à paſcuis reverſa ſolito ſe cubili reclinaverit, diſ-

orum alati pediculi, formâ quidem ricinis adsimiles, paulo autem minores iis qui in canibus. Parturiunt luem pectus, & venter; dehinc universam corporis substantiam cum ipsâ adeò superficie petit, & absumit. Nec verò affecti perinde se habent in initio atq; in accessione. Primò enim leniùs, eorum instar, qui scabie impetuntur. Postea verò graviùs, ut se etiam discerpant. Sed ubi iam crescente malo & bestiolæ simul excreverunt, & tenues insuper sudores fusi, mirum quàm intoleranda miseros cruciet dolorum acerbitas. Atq; isti quidem seu humorum, seu alimenti, seu aëris id vitio fiat, ita moriuntur.

Acridophagis contermina est regio satis magna, varietate pascuorum abũdans. Integrè tamen deserta, & circumvicinis omnibus inaccessa. Non quòd à principio ita habuerit, sed propter incredibilem multitudinem scorpionum, & araneorum, quos nonnulli quadrimaxillares appellant. Gens ea vi imbrium nata primò, universam deinde

deinde terrã implêſſe dicitur. Cui tanto malo cùm indigenę pares nõ eſſent, nec niſi fugâ clades vitari poſſet, ſalute patrię præhabitâ, deſtitutam ex eo tẽpore hominibus reliquerunt. Nec eſt quòd hæc minùs credibilia videantur. Quandoquidem & murium arvalium copia ex Italis, & paſſerum iacta ſemina abſumentium ex Medis, & ranarum cælitus deplutarum ex Autariôtis non paucos ſolùm vertere coëgerunt. Adde ſi placet & his ex Lybiâ leonum impetu vaſtatas urbes, & alia etiam loca complurima infortuniis ſane multis longéq; fidem ſuperantibus denudata.

De Cynamolgis & Troglodytis.

VLtimi ad meridiem ſunt quos Græci Cynamolgos, accolæ barbaros ſylveſtres appellant. Capilli iis promiſſiores, ſtupendæ barbæ. Canes alunt Hyrcanorum more inſigniter multos magnoſq;, non ſolùm ut immenſa Indicorum boum examina, quę regi-

regionem ſuam ab æſtivo ſolſtitio ad uſq; mediam hyemem infeſtant, venentur, ſed ut fœmellarum etiam lacte nutriantur, prout è ferino ſolent. Quę ad meridiem extima ſunt, iam ſunt expoſita. Troglodytæ verò huiuſmodi.

Statum habent planè tyrannicum, communes liberos, communes & uxores. Solam regiam contrectare nefas. Quam ſi fidentior quis violârit, ovis ei mulctæ loco ſolvenda. Sed ut apertiùs dicã, hæc apud eos vivendi ratio. Per hyemem (ubi iam ſpirant Eteſiæ, totaq; iis regio impetuoſâ de cœlo pluviâ perfunditur) lacte vivunt & ſanguine in unum coalitis, ac in vaſe priùs quomodolibet ad ignem calefactis. Appetente æſtate, ſub dîo agunt, & in paludoſis pro pinguiori gramine ſæpiùs committuntur. Si quæ pecorum provectiora ſint, vel morbida, mactãt culinarii, quos impuros vocitant. Troglodytici pueri non ulli hominum, ſed vel tauro, vel iuvencę parentum nomina tribuunt, illum patrem, hanc matrem

trem appellantes. Sic & arieti, & ovi. Propterea quòd familiare sibi & quotidianum alimentum non à parentibus sumant, sed ab istis. Vtuntur potu idiotæ paliuri succo, tyranni ex flore quodam confecto, quem passo è nostris deterrimo assimilârim. Reliquum corpus nudi, coxas habent solas pellibus obtectas. Ex more Ægyptiorum circumciduntur omnes, nisi quos Græci mutilos dixerunt. His enim non ea solùm pars uti cæteris circumcisa, sed & novaculæ acie iam adhuc infantulis tota exciditur. Vnde & ex mutilatione sibi nomen asciverunt.

Autor quanquam Atticista fuerit perelegans, usus est voce cameræ minùs Atticâ.

Troglodytæ porrò defunctos suos ita sepeliunt. Viminibus paliuri cervicẽ & crura inter se cõmittunt, dein editiori loco imponentes lapidibus immẽsis admisto risu eousq; feriunt, donec figuram defuncti prorsus penitus obruerint. Tandem etiam & lapidibus capræ cornu superiniecto, indolẽ-

tes

tes redeunt ac ſereni. Atq; ita ſuis prudentiſsimè parẽtant, ſi prudentię illud cenſendum non lugere non lugentes. Lites omnes, & pugnas, quæ ob viſum repentè pabulum ineuntur (nec enim ob aliud quicquam certatur) fœminæ grandævæ in medium prodeuntes ſolvunt. Quibus illud potiſſimùm curę, ut verbis quàm poſſint placidis animos iam ſedent incitatos.

Somno utuntur non prout alii homines. Nam cùm infinita eos gregum ſequatur multitudo, tintinnabula quędam ſolent de cornibus maſculorum omnium ſuſpendere, ut exinde ſonus reliquas feras pervadendo provocet. Adventante nocte in cubilia cogunt, ſuperneq; palmularum cratibus inſternunt. Conſcendunt has & fœminæ & pueruli. Viri autem accenſis in orbem ignibus, & patriis quibuſdam fabulis de cantatis, ſomnum propellunt, curâ hâc in aliquammultis naturam ipſam neceſſariò vincente. Cùm verò quod omnibus debetur ſenium ingraveſcit, ut ne poſsint diutiùs armenta

ſequi

sequi, caudâ bovinâ cervicibus circumditâ, & à tergo fortiter revinctâ vitam finiunt. Sin timidior quis mortem differat, licet aliorum cuivis benevolè instare, donec monendo simul, & increpando segnitiem excusserit, eoq; tandem perduxerit. Neque hoc senibus tantùm faciunt, sed & iis etiam quos vel morbus tardior, vel ulla partium oblæsio sequendis gregibus ineptos reddidit.

Addit terram universam quatuor cingi partibus: Oriente, Occidẽte, Septentrione, & Meridie. Quarum occiduam Lycus & Timæus fusè explicârunt; orientalem Hecatæus, & Basilis; septentrionalem Diophantus, & Demetrius; meridionalem (utcunq; de seipsâ importuna veritas) nos ipsi.

Hominum vitas multùm differentes intercapedo non multa discrevit. Siquidem à Męotide palude non pauci cum navibus etiam onerariis decumani Rhodum appulerunt. Inde post dies alios quatuor continuos, Alexandriam. Inde etiamsi in adversum flumen

minatum. Quo aliàs quamcunque petram acceſſerit, applicato ferit pectore. Cùm elephanto autem certaturus (ſiquidem his pro pabulo aſſiduè dimicatur) ventrem ſubit, cornuque in orbem ſciſſo, protinus exanimat. Et hâc ratione qui perierint elephantos plurimos videre eſt. Sin verò non pulſâſſe ventrẽ contigerit, tunc vice verſâ, huius ille proboſcidem ſubit, & vi dentium laniatus (maxima cùm ſit huius ad illum roboris imparitas) ſæpiuſculè langueſcit, deciditq;.

De Camelopantherâ.

APud Troglodytas eſt quæ apud Græcos dicitur Camelopanthera, compoſitã ſortita & appellationem, & naturam. Varietate ſiquidem pantheræ inſignitur, magnitudine cameli, craſſitudine nimis quàm credibili. Cervicem habet adeò exporrectam, ut vel de ſummis arboribus fructum poſſit decerpere.

De

De Sphinge.

SPhinges, Cynocephali, & Cepi ex Troglodytide, & Æthiopiâ mittuntur Alexandriam. Sunt autem ſphinges eâdem qua pingũtur formâ, niſi quòd hirſutæ omnes, & naturâ mitiori. Aſtu pollent, & ut ſe gerant, quodammodo vidẽtur didiciſſe. Tam eſt eorũ in omnibus mirãda concinnitas. Cynocephalus corpore deformẽ hominem repræſentat, vultu canem. Vocem edit mugitui ſimilem: ferus eſt ſupra modum, totuſq; indomitus. Aſpectum tranſmittit à ſuperciliis oculiſque iniucundum planè, ac tetricum. Hæc de maſculo. Fœmineæ porrò illud accidit, ut ſemper extra corpus vulvam ferat.

De Cepo.

CEpus faciem habet leonis, corpus pantheræ, magnitudinem damæ, ex varietate nomen mutuatus.

Prędictis autem omnibus carnivori tauri immitiores multò, difficiliusque subigendi. Magnitudine illi domesticos superant, & velocitate: rubent autem insigniter. Ora iis patula, & ad aures usque dehiscentia: oculi supra leoninos cæsii. Cornua aliàs movere solent instar aurium, in pugnâ autem pertinaciùs obfirmant. Et quod in iis singulare, pilos habent non deorsum, sed caput versus contortos. Insidiantur ut plurimũ fortissimis, & reliqua in prædam animantia venãtur, greges patrios infestant maximè. Soli & lance & arcu illæsi sunt: unde adhuc nemo ex iis vivum capere potuit, utcunque multi strenuè contenderint. Quòd si fortè quis in foveam delapsus, aut alio eiusmodi astu circumventus sit, præirâ citissimè suffocatur. Eapropter non immeritò belluam hanc Troglodytæ leonis habere fortitudinem, equi celeritatem, robur tauri censuerunt, itaq; ex omni parte invictum, ut vel ferro non cedat.

De Crocuta.

Quæ ab Æthiopibus crocotta dicitur, geminæ est naturæ, caninæ simul & lupinæ: utriſque tamen efferatior multò, & gravior, tûm propter aſpectus immanitatem, tûm propter unguium acumina. Mirandâ vi pollet inter cæteras, dentibus & ventriculo omnium maximè. Exinde enim fit, ut unumquodq; genus oſſium facilè conterat, contrita digerat. Sed digeſtionem eius taceo, nec enim explicari poteſt. Sunt qui imitari hanc ſcribant humanam vocem: nobis tamen neutiquam perſuadebunt, nec ſi illud porrò adiecerint ſolere homines de nocte ſuis nominibus compellare, quos ad virilem quaſi vocem exeuntes, ſubitaneo impetu diſcerpant, comedantque.

De serpentibus inusitatæ magnitudinis.

PLurima ibi dicuntur esse Serpentium genera, omnia magnitudinis inusitatæ, & ex venatione aliorum victitantia. Qui à nobis (inquit) visus est maximus, erat triginta cubitorum. Fit autem omnis serpens etiam maximus obsequentior multò, si penuriâ victus aliquamdiu laboret. Etenim quem vidisse se dixit, ubi iam propter cibos continuè admotos, & feritatem simul deposuerat, & vehementiorem appetitum induerat, coniectus intra septum victimis satiantes, eò tandem mansuetudinis immitem priùs redegere, ut nihil aliorum existimet vel securius esse posse, vel formidolosius. Et in eo sanè non absimilem se gessit iis quæ capiuntur animalibus, quorum pertinaciora egent, faciliora nutriuntur. Omnis autem bellua mansuetudinem discit, non ex ratione quod melius suggerente, sed

ex

ex animo pręteriti infortunii memoriâ conterrito.

Sed (inquit) multa hîc cùm sint stupenda, & à consuetudine nostrâ remota, eos tantùm tractus qui memoratu fuerint dignissimi, percensebo. Ab Arsinoë urbe dexteram continentem iuxtà eunti calidæ occurrunt, pluribus alveis è petrâ sublimi in mare exundantes. Quarum angusti meatus non aquam dulcem sapiunt, sed amaram quandam salsedinem fontem ipsum referentem. Stagnum excipit Nili rivulus, laticulis quibusdam in profundam vallem excurrens. Non longè à stagno in ampliſſimâ planitie, mons quidam assurgit minio tinctus, nihil habẽs in se porrò eximium, præter rubicundum illũ à summitate demissum colorẽ, quo intuentium oculi ut sæpe offenduntur. Montem excipit magnus portus, qui olim Myos seu murinus, nunc Veneris vocatur. Tres ibi insulæ iacent, quarum duæ oleis abundant. Tertia minùs sylvosa, earum alit avium multitudinem, quæ melea-

grides dicuntur. Has iuxtà est sinus impurus, quē præterlegenti insula occurrit alto circumflua, & ad octoginta stadia porrecta. Serpentinā vocant, eò quòd priùs omni genere serpentiū scaturierit, qui nostrâ ætate iā nulli sunt. In eâ insulâ est Topazium, lapis pellucidus, vitro similis, iucundum in auro aspectū præbens. Hunc insulares, iussu regio eidem & colligendo, & custodiendo præfecti, ita inveniunt. Noctu, divisis turmis, circumeūt, omnifaria secum vasa ferentes. Nam quę in petris gemma, interdiu solari luce, ut ne appareat, offuscatur: verùm exortis iam tenebris, ubicunque loci fuerit, micat undiq;. Eo viso, custos locum splendentem tanto describit vase, quanta est apparentis magnitudo. De die rursum advolat, æqualemque huic petræ ambitum extindens, gnaris artificibus tradit poliendum.

Dehinc pelagus ita contractū est, & humile, ut duabus ulnis fundum non ampliùs superet. Viriditate vestitur

stitur, non aquæ nativâ, sed ex algâ & musco confusis adventitiâ. Vnde tantam habet marinorum canum sine numero fæcunditatem. Quâ eâdem de causâ, prædictus alveus longis & expeditis navibus ferendis commodior. ¡Siquidem tranquillus est, & fluctuum expers, piscium q; incredibilem largitur copiam. Verùm quæ elephantos vehunt naviculæ, non parvam suo malo miserationem movent spectantibus. Etenim, vel fluctu subito in petram actæ, vel in arenosum aliquem colliculum, planè dubiam reddunt navigantium salutem. Hinc primò luctus ingens oboritur, & eiulatio, nec tamen meliorem eventum desperant. Videre enim fuit, quos eò redactos angustiarum æstus marinus intumescentium vi repentè undarum sublevârit. Sed deficiente iam viatico, infinitæ miseriæ discruciant. Adeò tãdem conficiuntur omnes, vel fame, vel, si huius diuturnitatem ferre nequeant, gladio; vel, si ne hoc, mari se devoventes. Sic quæ â Tauro sunt ad

Ptole-

Ptolemaïdem, omnia ſunt expoſita. Quæ ſuperiora his, flexum habẽt mirabilem. Nec enim ad Meridiem vergunt regionis, ſed paulò magis ad Orientem, umbraſque ad horam uſque ſecundam in oppoſitum Boream eiaculantur. Quinetiam & flumina demittunt ex iis montibus quos Pſebæos appellitant. Regio ipſa quà mediterranea, plena eſt elephantis, rhinocerotibus, tauris, apris. Quà fretum ſpectat, tota inſulis ſtipatur naturâ ſuâ infrugiferis, & ignoto avium genere, nec à nobis unquam viſo, refertis. Exinde mare profundum, navigabile, cetos fovens tam immenſos, ut qui viderit, conſternetur. Nec tamen adhuc periclitatus eſt quiſpiam, niſi ſi qui fortè neſcii in criſtas inciderint. Navigantes enim ſequi curſim non poſſunt, retuſis illico ad lumen oculis, ſi ſemel è mari vultus erexerint.

Quæ ſupra Phæniconem partes, variis rupium faſtigiis occupantur. Iis autem quæ ad mare excurrunt, ripa anguſta

gusta subiacet & porrecta. Iam dictæ maritimę locus ille conterminus, quẽ ab anatum frequentiâ Nessam vocitârunt. Nessa autem hæc non longè est à promontorio insigniter sylvoso, rectaq́; tendit in Petram civitatem, & Palæstinam. Eò (prout fama est) Gerræi, Minæi, & omnes vicini Arabes, è superiori regione thus, aliasq́; merces deferunt aromatarias.

Sinum ultra Læanitem quem Arabes circumcolunt, est Bythemanẽsium terra copiosa, campestris, tota irrigua & diffusa. Ex herbis & arboribus Agrostin modò nutrit, & Medicam, & Lotum virilem staturam æquantem, cæterarum nihil. Multæ in eâ nascuntur efferę cameli, multæ cervorum, & damarum cohortes, multi ovium greges, & ineffabilis mulorum boumque numerus. Sed totidem bonis iniqua sors malum admiscuit, producente simul terrâ magnam leonum, luporum, & pãtherarum vim, ut fœlicitas loci calamitatũ causa videri possit incolis. A proximis littoribus

toribus sinus ducit in extimam regionis oram, quingentorum stadiorum non minùs latitudine patens. Qui intra habitãt, Batmizomanenses dicuntur, & ex venatione vivunt terrestrium ferarum. Huic tres insulæ succedunt, multis instructę stationibus quarum primam Isidi sacram, secundam Succabam, tertiam Salydo nominârunt. Desertæ omnes, & oleis obumbratæ, non eiusmodi quales apud nos, sed quales natura loci patitur.

Vltra has insulas videre est ripam lapideam & prærltam. Regionem ea munit Thamydenorum Arabum, ad quam per plura mille stadia omnium difficillimè navigatur. Nec enim vel ullus ibi portus commodus, vel statio in anchoram, vel secessio in tegmen, sed ne vel species promontorii, quod asylum est nautis apprimè necessarium. Abinde paulò littus aliud peraquosum extenditur, & mons quem Læmum appellant, immenso suo ambitu species arborum, stirpiumque omnimodas circumplectens.

Tractum

Tractum monti confinem * Dedebę tenent, partim paſtores, partim agricolæ. Quorum medium fluvius ex ſe trifariam diviſus interſecat, ramenta auri deducens tantâ ubertate, ut cœnum ipſum ad oſtia congeſtum eminùs effulgeat. Incolæ expoliendi eius artem non callent: ſunt verò hoſpitales admodũ, & perhumani, nec tamen omnibus, ſed iis ſolùm, qui ex Peloponneſo & Bæotiâ eò advenerint. Fertur enim (ſi avitis fabulis credendum) multa Herculem antiquitus in hanc gentem contuliſſe beneficia. His contermini Aliłæi & Caſſandrenſes, in terrâ ſuperioribus multò potiore. Nec enim cœlum vel frigeſcit iis, vel ſicceſcit, vel caleſcit nimis, ſed molli quâdam & ſpiſsiore tegitur nubeculâ, quæ ſubinde irrorans, hyemem, æſtatemq́; reddit temperatã. Maxima eius pars frugifera eſt, utcũq; omnis culta non ſit propter inſcitiam aliorum. In ſpatioſis terræ cuniculis, auri multùm fodientes inveniũt, non arte illud aut peritiâ liquefactum, ſed ſpon-

* q.d. Aurea gens à voce Caldaicâ זהב quæ aurum ſignificat.

ſpontaneum, &, ut Græci ex re natâ vocant, apyron. Cuius minima pars olivæ nuclei, media meſpili, maxima nucis eſt inſtar regiæ. Quod perforatum unà cum lapillis pretioſis circa manuum iuncturas, collumq; geſtitant. Ad vicinos traductum penè nihili vendunt, triplo auro æs, duplo ferrum permutantes. Argentum apud eos auri tantundem decies valet, ex abundantiâ huius penuriâ illius dignitate æſtimatâ, quomodo ſolet univerſa hominum vita non rei naturam, ſed uſum reſpicere. His finitimi Carbæ, quorum continentem portus profundus excipit, multas emittens ſcaturigines. His Sabæi, gens Arabum longè maxima, & undequaque beata. Nam & tellus eorum omnium eſt ferax, quæ apud nos vitæ tuendæ utilia, & corpora incolentium noſtris firmiora, & greges inſuper armentorū infiniti. Suaviuſculus odor univerſam ita maritimā perfundit, ut qui acceſſerint, voluptatē hauriant & viſu, & conceptu multò ſuperiorem.

periorem. Etenim maritimæ balsamum non exiguum adnascitur, & casia, & alia quædam herbula, quæ recẽs aspectu iucundissima, inveterata subitò debilior. Adeò ut vis ipsa fruticis deficiat priùs quàm ut ad nos possit integra sinceraque transmitti. Mediterraneam partem sylvæ occupant densæ & præamplæ, in queîs excelsæ arbores myrræ, thuris, cinnamomi, palmæ, calami, aliorumque consimilium nascuntur. Ita ne explicari quidem potest, quanto gustu visuq; potiora habeant aromata. Non enim reconditis illi fruuntur aut antiquis, aut à nutritio solo disiunctis, sed divino iam incremento vigentibus, & ex nativis congenitisque principiis mirabile quiddam suavitatis emittentibus. Vnde factum, ut nonnulli his pridem gustatis, humanarum fœlicitatum immemores, ambrosiã se decerpsisse crediderint, reipsâ nomẽ suâ excellentiâ dignũ flagitante. Circa hos odoriferos saltus commune genus latitat serpentium, tam præclaris quasi bonis inviden-

invidente fortunâ, & salutari noxium admiscente. Ne quis dehinc Titânum in morem insolescat, aut contempto numine rebus adhuc integris efferatur; quin potiùs adversarum collatione & memoriâ edoceatur. Istrautem serpentes colorem habent puniceum, longitudinē palmarem, morsum planè insanabilē, si supra lumbos vulnerent. Feriunt enim in altum salientes.

Apud Sabæos aromata sunt odore suavissima, sed grata minùs. Minùs enim afficit sensum cui à pueris assuevimus, imò retundit veriùs, nullâ unquam mutatione cōtingente. Verùm enimvero, cùm constanter valetudinam suam tueri non possint, puriori quâdam vi aëris subinde corpora perspirante, & debitam crassitiem paulò magis solvente, donec in extremum desinant languorem; solent ut plurimùm asphalto, hircique caprâ suffumigatis, nimiæ fragrantiæ appulsum tollere, & austeriori admixto dulcius minuere. Sic bona quælibet moderatè

ratè ſumptâ,& opportunè proſunt,ſin nec moderatè,nec opportunè,poſſeſſionem reddunt omnino inutilem.

Sabęorũ Metropolis, quę toti genti nomen dedit,Saba dicitur, in monte non magno ſita, omniumq; Arabiæ civitatum pulcherrima. Communis rex præfecturam habet à populo, partim honorificam,partim miſeram.Honorificam,quia multis imperat,nullius facti,quod illud cunq; fuerit,rationem redditurus.Miſeram verò,quia ſuſceptâ ſemel curâ,palatio rurſum movere non audet. Si moverit,antiquo oraculo lapidare omnes iubentur: adeò prę-eſſe cæteris periculoſum. E viris, illi ſub dîo agẽtes, præ continuâ ſegnitie ita effœminantur, ut parum fœminis fortiores evadant.Hi rebus bellicis exercẽdis,colendæ terrę,mittendiſq; in maiori navium genere coloniis incumbunt. Vehunt autem & alia,& odoriferum illum fructum in ulteriori natum ripâ,Arabicè dictum Larimnan. Cui odor eſt ſuffituum eorum longè gratiſsimus,qui corporęos, ut plurimũ

languores pellere dicuntur. Cùm verò aliud genus ſtirpium terra non ferat, coguntur cinnamomum & caſiam, ob quotidiana miniſteria, reliquoſq; vitæ uſus, incendere. Tam inæquali manu ſua bona ſors diviſit, his parcè nimis, illis abundanter nimis.

Sabæorum non pauci pelliceis utuntur naviculis, æſtu nimirum hoc eos docente, utcunque delitiis innutritos. Nihil enim Sabæis & Gerræis videtur affluentius, qui pretioſiſsima omnia & Aſiæ & Europæ complexi ſunt. Hi Ptolomæi Syriam auro, hi Phœnicum induſtriam optimis mercaturis divitem fecerunt, & eiuſmodi infinita. Sunt enim exquiſiti nō in mirandis ſolùm toreumatis, & poculorum varietate, ſed etiam in excellentiâ quam habent lectorum, & tripodum, & aliorum, ſi quæ ad ornandas ędes ſuſpendi ſoleant; adeò ut non pauci regiam ſupellectilem poſsidere videantur. Columnas porrò multas conflari hîc ſcribit ex auro & argento; quin & oſtia, & tecta phialis excipi cre-

crebris gemmis nitentibus, & intercolumnas ſpeciem præbere elegantiſsimam,&,verbo, ſummas eſſe apud hos aliorum divitias. Hactenus ſufficiat oſtendiſſe quouſque res noſtræ & Sabæorum conſentiant, differantvè. Qui niſi longiùs abfuiſſent abiis, qui univerſam terram copiis ſuis luſtrare ſolent, laborum iam ſuorum domini, curatores ſine dubio extitiſſent alienorum. Nec enim ſocordia libertatem diu tueri poteſt.

Mare candorem habet fluenti æmulum, ut ſit cur miremur cauſam, & ſtupeamus. Inſulæ fœlices iuxtà ſunt, in quibus pecora omnia alba, nec fœminarum ulli cornu adnaſcitur. Eo cōfluentes videre eſt naves accolarum mercatorias, plurimas quidem à ſtatione quam prope Indum flumen Alexander defixit, non paucas etiam à Perſiâ, Carmaniâ, & finitimâ univerſâ.

Quæ in cælo apud eos, mira ſunt; cuiuſmodi circa Arctum contingit. Siquidem ab Auguſto menſe, Athenienſibus

ensibus solenni, nulla ex iis septem stellis quæ Arctum muniunt, aduſq; primam vigiliam apparet, in septembri ne usq; ad secundam, in sequentibus eâdem ratione. Reliquarum stellarum planetas omnino non esse visendos, alias maiores quàm sunt videri, alias incertis temporibus oriri & occidere. Supra Ptolemaidem apparentia solis singularis esse fertur, & inusitata. Primò enim, non sicuti apud nos lucem in aurorâ aliquamdiu micantem cernimus, dein orientem solē; sed nocte adhuc obscurâ subitò effulget, nec dies priùs iis illucescit, quàm solem intueantur. Secundò, è medio pelagi videtur emergere. Tertiò, ad modum ignitissimi carbonis, scintillas magnas eiaculatur, has in ambitu sui, illas verò longiùs. Quartò, formam habere aiunt, non disci usquequaque rotundam, sed crassæ columnæ initio adsimilem, quæ à summitate luculentiorem reddit aspectum instar capitis. Quintò, nec splendorem ullum, nec radium emittit, vel in terrā, vel in ma-

re

re, quoad prima hora abierit; sed planè ut ignis habet luce destitutus. Horâ autem secundâ in scuti speciem totus assurgit, quã cum luce simul & in terram, & in mare ita incredibilem, calidãq́ue transfundit, ut utrũq; summum nec ferendum existiment. Sextò, circa occasum omnia secus contingunt. Cùm enim subiisse iam terram videtur, trium horarum non minùs spacio deinceps illuminat, quam illi diei partem longè gratissimam opinantur, & iucundissimam. Vbi varias marinorum fluxuum causas enumerâsset historicus, & omnes nihil in se veri continentes reiecisset, confestim subdit; Quòd autem hæc omnia garrulitatis sint pudendæ, & silentio comprimendæ, nec iis tantillum conferant quæ iam modò dicta sunt, facile est cuivis perspicere. Statimq́ue, adiectis aliis eundem sensum spirantibus, rursum inquit; Fluxus, & terræmotus, & ventorum, & fulminum, & huiusmodi universorum, causas, unde fiant, iis cedimus inquirẽdas, qui faciliùs po-

E3

terunt explicare. Causas verò communium eventuum unde generentur, ipsi nos à peritis edocti docuimus. Quibus forsan probabiliores in hypothesi prodigiosâ firmãdâ cuperemus, in historiâ autem verâ, nec opus est, nec debemus.

Oleis antedicti alvei tale quid novum refert accidere, Exundante mari teguntur omnes, refluente perpetuò virent. Est autem ibi in imis petrarum, nigro iunco affinis plantula, quam esse comam Isidis ferunt indigenæ, poëtico figmento fidem astruere conantes. Hæc dum undâ pulsatur, multifariam flecti solet, tenella tota cùm sit, aliisque stirpibus assimilis: sin præcisam quis auræ sub dîo exposuerit, ferro utique confestim durior evadit.

De Æthiope pisce.

QVòd cũ multa alia piscium mõstra prædictæ regiones pariant, tûm inter cæteros piscem impendiò nigrum,

nigrum, magnitudine virili, quem ex effigie simâ vocant Æthiopem. Eum qui olim cæpêre, propter insolitam deformitatem nec aliis vendere, nec ipsi comedere voluerunt. Processu autem temporis utrumque iam, & quidem rectè fit. Sic igitur in quinq; libris, meridionalium gentium historiam, quàm potuimus accuratè, digessimus. Verùm de iis insulis quæ in mari posteriùs visæ, & vicinis gentibus, & aromatibus, quorum Troglodytica terra ferax est, omnino loqui supersedimus. Nec enim præ ætate labori tanto pares sumus, multis pridem à nobis de Asiâ Europâque conscriptis: nec ipsi adeo commẽtarii, unde singula hauriremus, ob crebras in Ægypto defectiones, diligẽter inspici possunt. Qui autem scientiâ verè historico dignâ instructus, & gloriolę ex industriâ captandæ paulò cupidior, res ipsas sigillatim perviderit, planè non detrectabit,

Ex Memnone excerpta quædam.

OPus Memnonis historici, à primo sermone ad sextumdecimũ, ea sibi tractanda destinavit, quæ circa Heraclæam Ponti contigêre: ostendens, quot in urbe tyranni rerum potirentur, quid egerint, quomodo affecti fuerint, nec non aliorum & vitas, & exitus, &, quę cum his cõnexa sunt, singula.

Clearchum igitur primum omnium in Heraclæâ tyrannidem affectâsse scribit, philosophiæ eum non penitus ignarum, utpote qui & Platonis asslecta fuerit, & Isocratem Rhetorẽ per quatuor ãnos studiosè audiverit. Crudelẽ verò subditis, & sanguinâriũ, si quem aliũ, se præbuisse, eoq; provectũ insolentiæ, ut Iovis se filium nuncuparet, nec vultum nativâ ornari tincturâ pateretur, sed his illisque subinde fucis variegâsse, ut fulgore simul & rubore intuentes percelleret. Mutâsse etiam indumenta sæpiùs, ad terrorem aliis incutien-

cutiendum, ſibi venuſtatem concilian-
dam. Nec in his ſolùm malitiam ſuam
exeruiſſe, ſed & in benemerẽtes ingra-
tũ, in omnibus violẽtum, ac ſupra mo-
dum ferocẽ extitiſſe. Strenuum porrò
in iis, quæ vel adverſus ſuos, vel ex-
traneos facienda ſuſceperat. Et bib-
liothecã, ſupra omnes alios ſui ordinis
tyrannos, inſtructiſſimã reliquiſſe. Ve-
rùm ubi aliquot multas in ſe conſpira-
tiones initas propter homicidia, inhu-
manitatem, arrogantiam, devitâſſet,
tandem à Chione Matris filio, viro u-
tique magnanimo, & ſibi ſanguine cõ-
iuncto, Leone etiam, & Euxenone, a-
liiſque non paucis, mortiferum vulnus
accepit, & acerbiſſimo cum dolore pe-
riit. Publicum enim ſacrificium immo-
laturus erat tyrannus. Quam amici
Chionis opportunitatem ſuo favere
inceptui arbitrantes, eiuſdem ipſius
manu, per communis hoſtis ilia ferrum
traiiciunt. Hic vero multumdiu, &
ſæviſſimê diſcruciatus, viſiſque omni-
modis conterritus, (occurrerunt enim
iam umbræ eorum, quos ille priùs im-

piè

piè mactaverat) postero tandem die fatis concessit, anno vitæ suæ quinquagesimo octavo, tyrannidis autem duo decimo. Fuere tunc temporis in imperio Persarum Artaxerxes, & post eum Ochus, quos Clearchus adhuc vivens, crebris legationibus compellavit. Tyrannicidæ viriliter pugnantes, in ipso impetus momento à satellitibus pęnè omnes cæsi sunt. Qui deinceps capti, gravissimis suppliciis vitā finierunt. Huic in principatu successit Satyrus frater, tutelāq; unà suscepit puerorum Timothei, ac Dionysii. Crudelior ille & Clearcho, & omnibus qui unquā uspiam fuerunt, tyrannis. Nec enim fraternos solū insidiatores acerrimè punivit, sed & filiolos, qui parentum facinus ne novisse quidē poterant, nihilo tractavit clementiùs: neque hoc solùm, sed & à multis planè insontibus, maleficorum pœnas exegit. Mathemata philosophiæ, aut cuiusvis alterius disciplinæ, ne gustavit quidem. Animo erat ad cædes paratissimo, & cui humanitatis addiscēdę nulla

nulla vel cura fuit, vel propensio. Verùm, etiamsi undequaque pessimum, tandem tamen satietas cępit civilis cędis, & sanguinis. Ob fraternum amorem verè primas meruit. Imperium enim suis nepotibus illęsum servaturus, tantam in eo curam posuisse fertur, ut cum uxore victitans adamatissimâ, noluerit tamen ex eâ liberos suscipere, sed omni, quâ potuit, arte fœtus orbitatem procurâsse, ne quem fraternæ soboli insidiaturum relinqueret. Vivens adhuc, senectâ ingravescente, Timotheo regno cessit nepotum natu maximo. Nec ita multò post insanabili gravissimoque morbo correptus est. Cancer enim pudendum intra & coxendicem subintrans, in interiora sæviùs grassabatur. Vnde laxatâ iam carne, anhelitum sudores adeò intolerabilem spirârunt, vt nec ministrorum, nec medicorum ulli graveolentiam ulceris ferre possent, aut fætorem. Dolores insuper continui, & acerrimi, totum corpus miserè agitatum vigiliis & convulsionibus prodidere, donec

nec vi tandem ipſius mali ad ipſa uſque viſcera penetrante, expiravit. Tremendum huius obitum, & Clearchi, qui paulò ſeriùs inſpexerit, dediſſe pœnas videbit eorum, quæ & crudeliter, & impiè in cives patrârāt. Sępenumero enim, dum laboraret, mortem ſibi comprecatum dicit, nec aſſecutum tamen. Sed per plurimos dies acerbiſsimo tabefactum morbo, ita demum obiiſſe: Anno vitæ ſuæ ſexageſimo quinto, tyrannidis 7°. Accidiſſe autem iſta omnia iam tum, cùm apud Lacedæmonios regnaret Ageſilaus.

Timotheus ſuſceptum principatum ad placidiorem multò, magiſq; popularem ſtatum redegit, ut non, ſicut reliqui duo, tyrannus, ſed Euergetes, & Soter ob inſignia merita diceretur. Siquidem fæneratoribus de ſuo perſolvit debita, & de ſuo etiam indigentibus ad mercaturas, reliquoſque vitæ uſus, ſine ullâ ullius lucri ſpe impertiit. Ex ergaſtulo nō inſontes ſolū, ſed reos etiã dimiſit. Iudex ſimul ſeverus, & mitis, & ut qui cętera bonus, ita qui

in

in præstandis promissis nunquã fidẽ fefellerit. Vnde fratrẽ Dionysiũ cùm aliàs paterno amore ãplexus est, tûm socium unà habuit regni, dein & successorem. Quinetiã in rebus bellicis fortiter se gessit. Magnanimus enim fuit, & generosus, tam corpore quàm animâ, nec nõ ad inducias ineũdas facilior. Res eminus vẽturas prospexit optimè, prospectas ad finem potuit fœliciſſimè perducere. Affectu fuit sanè quàm misericordi, & humano. In audaciâ pertinax admodum, in comitate benignus iuxtà & placidus. Quare viventem inimici omnes, si quãdo infensũ, timuerũt, subditi verò suaviſſimum habuerunt, & mitiſſimũ. Mortuus ingens sui desideriũ reliquit, luctumq; unà desiderii æmulũ excitavit. Huius autem frater Dionysi°, corpore iuxta morẽ magnificè cremato, libavit ei ex ocellis lachrymas, ex visceribus singultus. Edidit q; etiã certamina equestria, nec equestria solũ, sed & scænica, & thymelica, & gymnica, alia quidẽ sub ipsũ momẽtũ, alia verò deinceps splẽdidiora.

Atq;

Atque hæc noni & decimi Memnoniorum librorum hiſtoria curſim, ut ita dicam, complectitur. Timotheo qui ſucceſſit Dionyſius, principatum adauxit, poſt Perſas ab Alexandro ad flumen Granicum devictos. Tunc enim cuivis licebat impunè ſua adaugere, ſucciſâ iam potentiâ Perſicâ, quæ priùs obſtiterat. Poſtmodum verò ſubiit incommoda, & infortunia, præſertim ab iis exulibus, qui Alexandrũ Magnũ iã tũ totius Aſię conſpicum imperatorem legationibus ſuis, & de reditu in patriam, & de reſtituendâ etiam democratiâ ſollicitârunt. Quæ propter pænè regno exciderat, & ſine dubio excidiſſet, niſi ſuâ ſummâ prudentiâ, & verſutiâ, & favore civium, & obſequio Cleopatræ, bellorum minas diffugiſſet. Partim cedens, irãque ſuis tûm leniens; tûm fallens dilationibus, partim etiam viciſſim ſe opponens. Poſtquam verò Alexander, vel adventitio aliquo mortis genere, vel naturali morbo in Babyloniâ expirâſſet, Dionyſius, audito

audito nuntio, lætitiæ ſtatuam erexit. Ad primum famæ appulſum, eo planè modo affectus, quo ſolent inſigniter dolentes. Propemodum enim circumactus ceciderat, mentiſque impos videbatur. Perdiccam imperio potitum, Heracleani tranſfugę eâdem ratione incitârunt. Dionyſius autem conſimili arte utens, multa in ſe cõflata pericula, in acie (ut aiunt) novaculæ devitavit. Cæterùm Perdiccâ ob nequitiam à ſuis interfecto, ſpes omnes transfugarum perierunt, ſtatuſq; Dionyſii quaquaverſum factus eſt beatior. Maximum verò momentum fœlicitatis erat ei in ſecundis nuptiis. Duxit enim Amaſtrin filiam Oxathræ fratris Darii, cuius Alexander ſubacti filiam Stateram duxerat. Adeò ut conſobrinæ eſſent, ſeque ipſas ob communem educationem inſigniter amarent. Hanc Amaſtrin Alexander, Staterâ ſibi iunctâ, Cratero amicorum intimo coniunxit. Alexandro autem defuncto, Craterique animo paulò magis vergente ad Philam Antipa-

tipatri filiam, placuit Amaſtrin cum Dionyſio collocari. Hinc facilè ſummus evaſit, tûm ex opulentiâ novarum nuptiarum, tûm propriâ etiam contentione. Dionyſii enim Sicilię tyranni ſublato principatu, univerſam ipſius emit ſupellectilem. Neque verò hec eius imperiũ firmârũt modò, ſed & fœlicitas, & benevolentia civiũ, & multorũ regimen, quibus iam antè non imperavit. Quinetiã Antigonus Aſię monarcha, ob ſplendidã in Cypri oppugnatione navatam operam, Ptolomęum nepotem, ducem eorum qui circa Helleſpontum, Dionyſio generum dedit eius filiæ, quam ex priori ſuſceperat coniuge. Ita in ampliſſimum honorem evectus, tyranni nomen depoſuit, aſſumpſit regis. Sed cùm omni curâ & metu vacuus, quotidianæ aſſuefieret lautitię, in immẽſum excreſcens corporis moles, prętcrnaturali obeſitate intumuit. Vnde factũ, ut non modò in rebus gerendis ſegnior eſſet, ſed & ſi quando obdormiret, etiamſi longis aciculis confixus (unicum

cum enim hoc fuit veterni & torpedinis remedium) ægrè tamen expergefieret. Postquam verò tres ex Amastre liberos, Clearchum, Oxathrem, & filiam matri cognominem genuisset, iam moriturus, omniũ hanc facultatum dominam designavit, & liberorum, utpote adhuc tenellæ ætatis, cum quibusdam aliis procuratricem: Anno vitæ suę quinquagesimo quinto, principatus autem tricesimo. In quo mitissimum se gerens, (prout iam antè dixi) mitis appellationem ex affectu sortitus est, ingensque sui cum luctu desiderium reliquit subditis. Veruntamen & post ipsius obitum nihilominùs floruit civitas, Antigono, tûm liberis Dyonisii, tûm civibus etiam prospiciente. Qui cùm ad alias curas diverteret, Lysimachus, Amastre ductâ, curam suscepit Heraclææ, & puerorum. Et primò quidem impensissimè amavit; verùm avocantibus negotiis, reliquit eam Heraclææ, suaque in negotia fortiter incubuit. Non ita multò pòst, multis laboribus

expeditis, refocillādi sui gratiâ in Sardes civitatem accersitam peræquè adamavit. Sed cùm ille Arsinoen Ptolomæi Philadelphi filiam deperiret, Amastris dissociata petiit Heraclæam. Eòque veniens, de sui nomine civitatem, Amastrin condidit. Clearchus, ætatem vbi virilem attigisset, urbi præfuit, & in bellis non paucis, partim alios iuvandi, partim repellendi causâ exercebatur. In quorum uno adversum Getas auxiliarem se præbens Lysimacho, cum eodem captus est: sed dimisso Lysimacho, & ipse tādem eius operâ dimittebatur. Clearchus hic & Oxathres paterni cohæredes regni, non modò patre clementiam subditis minorem multò præstiterunt, sed & piaculare insuper facinus admiserunt. Matrem enim parum admodum delinquentem, impiissimâ fraude navi impositā, submergi fecêre. Quapropter Lysimachus sæpe memoratus Macedoniæ rex, etiamsi ob Arsinoes connubium Amastrin seorsim vivere coegisset, pristini tamen

adhuc

adhuc amoris ſcintillas retinēs, & crudele ſimul facinus deteſtans, pertinaciſſimè mentem ſuam coercuit. Cumque variis machinis, & latendi ſtratagematis, ſolitam Clearcho & Oxathrę amicitiā ſpecie tenus exhibuiſſet, (fertur enim fuiſſe hominum ſui ævi in occultando conſilio peritiſſimus) Heraclæam tandem venit, quaſi horum commoda procuraturus. Vbi paterni affectus larvâ aliquamdiu iuvenes amplexus, maternā demum cædem vindicavit, interfectis matricidis, Clearcho primùm, dein Oxathre. Peractâ ultione, urbem in ſuam redegit poteſtatem, ſpolia opum tyrannicarum convaſavit plurima, ſtatumq; popularem civibus optatum permittens, ad ſua revertitur. A reditu cępit Amaſtrin laudare, & admirari ipſius tûm morū ingenuitatem, tûm imperii ſimul magnitudinem, robur, excellentiam, prę-cipuas laudum Heraclæę tribuens, aliquas autem Tio, aliquas etiam Amaſtri, quam ipſa ſibi cognominem condidit. Exinde facta Arſinoe earum

expeditis, refocillãdi sui gratiâ in Sardes civitatem accersitam peræquè adamavit. Sed cùm ille Arsinoen Ptolomæi Philadelphi filiam deperiret, Amastris dissociata petiit Heraclæam. Eòque veniens, de sui nomine civitatem, Amastrin condidit. Clearchus, ætatem vbi virilem attigisset, urbi præfuit, & in bellis non paucis, partim alios iuvandi, partim repellendi causâ exercebatur. In quorum uno adversum Getas auxiliarem se præbens Lysimacho, cum eodem captus est: sed dimisso Lysimacho, & ipse tãdem eius operâ dimittebatur. Clearchus hic & Oxathres paterni cohæredes regni, non modò patre clementiam subditis minorem multò præstiterunt, sed & piaculare insuper facinus admiserunt. Matrem enim parum admodum delinquentem, impiissimâ fraude navi impositã, submergi fecêre. Quapropter Lysimachus sæpe memoratus Macedoniæ rex, etiamsi ob Arsinoes connubium Amastrin seorsim vivere coegisset, pristini tamen

adhuc

adhuc amoris scintillas retinēs, & crudele simul facinus detestans, pertinacissimè mentem suam coercuit. Cumque variis machinis, & latendi stratagematis, solitam Clearcho & Oxathrę amicitiā specie tenus exhibuisset, (fertur enim fuisse hominum sui ævi in occultando consilio peritissimus) Heraclæam tandem venit, quasi horum commoda procuraturus. Vbi paterni affectus larvâ aliquamdiu iuvenes amplexus, maternā demum cædem vindicavit, interfectis matricidis, Clearcho primùm, dein Oxathre. Peractâ ultione, urbem in suam redegit potestatem, spolia opum tyrannicarum convasavit plurima, statumq; popularem civibus optatum permittens, ad sua revertitur. A reditu cępit Amastrin laudare, & admirari ipsius tûm morū ingenuitatem, tûm imperii simul magnitudinem, robur, excellentiam, prę-cipuas laudum Heraclæę tribuens, aliquas autem Tio, aliquas etiam Amastri, quam ipsa sibi cognominem condidit. Exinde facta Arsinoe earum

urbium cupidiſſima, precata eſt haberet quæ cupiit. Lyſimachus elato quã magnificè dono primæ petitioni non annuit, poſtea verò impensè rogatus ceſsit. Fuit enim, ut Arſinoe in perſuadendo potentiſsima, ita Lyſimachus præ ſenio expugnatu facilis. Suſcepto igitur civitatis principatu, mittit eò Cumanum Heraclitum, virum ſibi benevolum, cæterôqui rigidum, & in conſiliis inveniendis ſagaciſſimum. Qui Heracleam veniens, alia per quidem ſtrenuè tranſegit negotia, civiũq; multos criminationibus involvẽs, non pauciores affecit ſupplicio, adeò ut vixdum viſam fœlicitatem amiſiſſe viderentur. Dehinc Lyſimachus, impellente Arſinoe, optimum filiorũ & provectiſſimum Agathoclem, de ſuperiori natum coniuge, latenti primùm veneno aggreditur. Eo autem fœliciſsimè evomito, impudentiſsimè confecit. Coniectum enim in carcerem, ſub mentito inſidiarum prætextu tolli iuſsit. Patravit hanc carnificiam Ptolomæus Arſinoæ frater, quem

ob

ob sævitiam & crudelitatem, Ceraunũ vocitârunt. Lysimachus itaq; propter liberorum cædem iure suis exosus fuit. Quod cùm Seleucus inaudiisset, facileq; porrò futurum eum principatu exùere, cuius iam tum ad defectionem civitates spectabant, cum eo dimicavit. In pugnâ cecidit Lysimachus, trãsfixus telo, feriente Malecone Heracleotâ, qui tunc temporis sub Seleuco meruit. Cuius ita defuncti imperium Seleuco accessit. Atq; in his Memnoniæ historiæ libellus duodecimus consumitur.

In decimotertio scribit Heracleotas, audito Lysimachum periisse interfectum ab Heracleotâ, fuisse animis confirmatos, & in pristinæ libertatis desiderium erectos, quam sub indigenarum tyrannide, & postea sub Lysimacho 84. annos continuos amiserant. Venerunt igitur ad Heraclidem, petentes migraret è civitate, non modò nullo affectus malo, sed splendidis etiam muneribus donatus, ut avitam ipsi libertatem recuperarent.

Cùm verò non ſolùm perſuaſiſſent, ſed & iratum inſuper quoſdam punire cernerent, pacto cum præſidiariorum primoribus hâc lege inito, ut æquum ius civitatis,& eorum quibus privati ſunt,reſtitutionem haberent, comprehenſum Heraclidem in cuſtodiâ tenuere. Et exinde inſignem nacti libertatem, acropolis mænia ſolum uſq; proſtraverunt, miſſaq; ad Seleucum legatione, Phocritum interea civitati præfecerunt. Zipœtes autem Bithyniæ regulus, infenſus Heracleotis ob Lyſimachum, & Seleucum, hoſtili excurſione terram ipſorum infeſtavit. Neque tamen copiæ eius omnino intactæ abierunt, ſed pœnè paria malè geſtis referentes. Sub hoc tempus, Aphrodiſium mittit Seleucus ad urbes Phrygiæ, & ſuperiacentes Ponto curandas, inviſendas. Qui cùm ex libito,prout voluit,feciſſet omnia, reverſus, civitatum laudavit cæteras, unam modò Heracleã incuſavit, quaſi rebus Seleuci parũ favẽtẽ. Hęc autẽ rex ęgrè ferens,veniẽtes ad ſe legatos minis excepit,

cepit, & territatione. Verũ inter cæteros Chamæleon nequicquam minas expaveſcens, ita regeſſit; Hercules carôn Seleuce: (carôn autem Dorienſi linguâ fortiorem ſonat. Seleucus, quid rei hoc eſſet, non intelligens, præ irâ ſe aliò avertit. Legatis verò nec domum redire, nec manere tutum videbatur. Hæc ubi Heracleotæ accepiſſent, tùm alia ad pugnam neceſſaria, tùm commilitones ſibi aſciverunt, legatione miſſâ ad Mithridatẽ Ponti regem, Byzantios, & Chalcedonẽſes. Qui autem ex Heraclææ tranſfugis ſuperfuerunt, patriam denuo capeſſere, uno ex iis ſuadente Nymphide, facilemq; futurum reditum indicante, modò poſſeſsiones avitas non repeterent. Nec difficulter tandem perſuaſit; redituq; eâ ratione ſuſcepto, & appellentes iſti, & excipiens civitas conſimili utrinq; lætitiâ perfundebatur, his illos peramicè ſalutantibus, nihilq; eorum, quæ ad integerrimum victum ſpectare poterant, detrectantibus. Ad hunc modum Heracleotæ

egregiam antiquæ politiæ formam resumpserunt. Verùm Seleucus fœlici ex Lysimacho partâ victoriâ elatus, in Macedoniam transmittere statuit, tûm ut patriam, è quâ olim Alexandrum ad Persicā expeditionē cōmitabatur, invisere; tûm ut traditâ filio Antigono Asiâ, eliquum ibi vitæ suę tempus iam senex transigeret. Ptolomæus autem Ceraunus, post devictum à Seleuco Lysimachū, & ipse ei subiiciebatur, quem non ut captivum neglectui habuit, sed ut regis filium singulari tutelâ dignatus est, promissoq; etiam magnifico aluit, quamprimùm obiret pater, in AEgyptum paternum imperium deducturum. Hunc ille istiusmodi curâ confovit, impium verò beneficia nequicquam meliorem reddidere. Structis enim insidiis benefactorem suum adoritur, cædit, equoq; conscenso in Lysimachiā transvolat. Vbi coronam gestans, cum splendido satellitio descendit ad exercitum, invitis ipsum salutantibus, regemq; vocantibus, qui non ita pridem

Seleu-

Seleuco paruere. Antigonus Demetrii, ubi quæ facta ſunt reſciviſſet, in Macedoniam feſtinavit illico, ut pedeſtri, navaliq; certamine Ptolomęum anteverteret. Ille autem univerſâ Lyſimachi claſſe inſtructus, viciſsim ſe oppoſuit. Cuius inter naves, quæ ex Heraclæâ accerſebantur, aliæ ſeremes, aliæ quinqueremes fuerunt, aliæ immunitæ, una etiam octiremis, Leontophoros, ſeu leonem ferens dicta, ſingularis magnitudinis iuxtà & pulchritudinis. In hâc enim centũ remigabãt ſeriatim diſpoſiti, ut ex altero tantùm latere ſederent viginti quatuor, quaqua verſum mille ſexcenti. Qui autem à tranſtris pugnârunt, mille ducẽti fuerẽ, pręter duos etiam gubernatores. Inito conflictu, vicit Ptolomæus, fuditq; Antigoni claſſem, navibus Heraclæanis ſupra alias ſtrenuè certantibus, & ex iis præcipuè Leontophoro octiremi. Re infœliciter geſtâ, Antigonus in Bæotiam ſeceſsit, Ptolomæus in Macedoniam. Firmatoq; iam regno, nativam prodens impietatem

ex patrio AEgyptiorum more duxit Arsinoen, cuius à Lysimacho genitos filios trucidavit omnes, ipsamq; postea uxorem suam principatu abdicavit. Ita cùm per duos annos mirè multumque sæviisset, tandem à turmâ Gallicâ, quæ ob famem solum vertere cogebatur, & iam tum Macedoniam occupârat, in pugnâ discerptus, dignissimas crudelitate suâ pœnas subiit. Vivum enim cæperunt Galli, de elephanto saucio, cui insederat, excussum. Antigonus autem Demetrii, qui navali dudum pugnâ laboravit, occiso Ptolomæo, Macedoniæ regnum arripuit. Seleuci verò filius Antiochus, etiamsi pluribus bellis ægrè universum patris imperiũ acquisisset, misit tamen cum exercitu ducem copiarum Patroclem, ad regiones cîs Taurum debellandas. Ille rursus Hermogenem allegit sibi, genere Aspendium, qui & in alias civitates, & in Heraclæam movere statuit. Heracleotis verò legationem mittentibus initâ amicitiâ, confestim abscedit, & per Phrygiam in Bithyniã

vertitur

vertitur. Vbi locatæ à Bithynis insidiæ, & ipsum egregiè dimicantē, & universum etiam exercitū peremerūt. Quapropter cùm Antiochus in Bithynos expeditionem acturus esset, horum rex Nicomedes, per legatos petiit ab Heracleâ auxilium. Et quidem voti fiebat compos, suam vicissim operam pollicitus, si quando eædē ei angustiæ obvenirent. Interea Heracleotæ Cierum & Tium urbes, & tractū Thyniacum, multâ vi pecuniarum effusâ, in suam denuo potestatem redegerunt. Amastrin autem (erat enim & hæc unà cum aliis adempta) etiamsi pecuniâ belloq; tentarent, neutiquam cæpere. Siquidem præfectus eius Eumenes tantâ irâ excanduit, vt gratis hanc potiùs Ariobarzani Mithridatis filio, quàm nummos offerentibus Heracleotis dederet. Sub id temporis, Zipœtes Bithynus, Thyniacę Thracię regulus, bello Heracleotas impetiit. In quo multi ex iis fortiter pugnantes occubuerunt. Et quidem Zipœtes vicit robore, sociâ autem manu accedente,

fugâ

fugâ victoriam dehonestavit. Victi iam omnium pro quibus pugnabatur domini, impunè suorũ cadavera sumpserunt, combustaq; in urbem portantes, rei bellicæ primatum monumento magnificè donaverunt. Eâ tempestate, Antiocho filio Seleuci, & Antigoni Demetrio, obortum est bellum sanè quàm diuturnum, validissimis utrinq; copiis oppositis. Erat à partibus Antigoni Bithyniæ rex Nicomedes, Antiochi autem plures. Necdum fratres occurrerunt, cùm Antiochus Nicomedem contra bellum appararet. Qui & aliunde conquisivit auxilia, & ab Heracleotis triremes tredecim socias missâ legatione impetravit, itaq; instructus, Antiochianæ classi adversatur. Sed cùm aliquamdiu è regione stantes, neutri pugnam inciperent, incassum abiere. Postquam verò Galli Byzantium venissent, terræq; eius plurimùm infestâssent, bello fracti Byzantii mittunt petituros subsidia. Prębuere omnes prout poterant, inter cæteros Heracleotæ, quantum legatio postulavit,

poſtulavit, mille aureos. Verùm non abhinc diu Nicomedes Gallos, qui Byzantium vaſtârant, ſæpiuſculè priùs Aſiam inaniter tentantes, ex conventione tamen invitis Byzantiis tranſmiſit. Pacta autem huiuſmodi fuerunt. Vt Nicomedi, & poſteris eius barbari ſemper eſſent benevoli. Vt inconſulto Nicomede, nemini opem ferrent, vel per legatos ſubſidia petẽti. Vt amici eſſent amicis eius, inimici inimicis. Vt auxiliarentur Byzantiis, ſi quando opus eſſet, & Tianis, & Heracleotis, & Chalcedoniis, & Cieranis, & nonnullis aliis populorum principibus. Ob hæc ferè pacta, Nicomedes Gallorum multitudinem in Aſiam traiecit. Quorum clariſsimi & ſpectatiſsimi in ducendo fuerunt ſeptemdecim, ex iis autem præcipui, Leonnorius & Luturia. Gallorum iſte in Aſiam traiectus, minari primò incolis perniciem videbatur, in exitu tamen profuit. Nam cùm democratię civitatum tollendæ reges ſtuderẽt, hi contrà ſe opponentes acerrimè tutaban-

tabantur. Cæterùm Nicomedes, armatâ barbarorum manu in Bithynos, & Heracleotas sui auxiliares, regione ipsorum potitus est, incolasq; ad unum omnes excîdit, reliquum prædæ Galatis concessit partiendum. Qui cùm in multum terræ procurrissent, redeuntes tandem, eam quam sibi præ aliis selegerant, Galatiam nunc dictam, in tres partes divisere, hos Trogmos, hos Tolostobogios, hos Tectosages vocantes. Trogmi civitatem Ancyram, Tolostobogii Tabiam, Tectosages Pisinuntem condidere. Nicomedes eò amplitudinis evectus, civitatem sibi cognominem erexit adversam Astaco. Astacum verò fundavit Megarensium colonia, Olymp. 17. Sic enim vocare iussit oraculum, de nomine cuiusdã Astaci, viri utiq; nobilis & magnanimi, ex antiquissimis illis Spartis, & gigantibus Thebanis oriundi. Hæc sæpe à conterminis impetita, bellóq; afflicta, cessit tandem Athenien-sibus in patriam, pristinæq; miseriæ oblîta, glorioſa simul & potens evasit

sit, Dydalso iam tum Bithynis imperante. Quo defuncto, regnavit Botiras, vixitq; annos 76. Hunc excepit filius Bas, qui Calantum Alexandri ducem, etiamsi ad pugnam instructissimum, superavit tamen, & Bithyniâ Maçedones abegit. Vixit ille annos 71. regnavit 50. Cuius filius & successor Zipœtes, bellicâ virtute insignis, Lysimachi ducum alterum peremit, alterum suo longissimè regno propulit, ipsumq; adeò Lysimachum. Antiocho etiam filio Seleuci eius potentissimi, qui Asiæ & Macedoniæ imperavit, fuit potentior, civitatemq; de sui nomine extruxit sub monte Liparo. Moriturus, quatuor reliquit filios superstites, anno vitæ suæ 76. regni 48. Huic natu maximus succcesit Nicomedes, qui non fratres erga, ut frater, sed ut è plebe aliquis, se gessit. Bithynię verò principatū, tûm aliàs munitissimum reddidit, tûm præcipuè Gallorum in Asiam traiectione, urbēque (prout paulò antè dictum est) sibi cognominem erexit. Nec ita multò

pòst

pòst lis orta est Byzantios inter & Calatianos Heraclææ quondam colonos, & Istrianos, pro Tome emporio Calatianis contermino, quod in privatos illi usus vertere cogitabant. Poscunt igitur ab Heracleotis utriq; per legationem subsidia. Hi verò neutri parti auxilium, sed pacis arbitros miserunt, utcunque re infectâ discedentes. Calatiani ab inimicis multa perpessi, tandem ultro ad inducias convolârunt. Erant enim ita miserè affecti, ut vixdum se recipere potuerint. Seriùs paulò Bithyniæ rex Nicomedes, (quandoquidem ex priori natus cõiuge Zeilas, novercæ Etazetæ machinis incitatus, ad regem Armeniorum aufugerat, qui autem ex secundâ nati coniuge adhuc infantierunt,) moriturus hæredes instituit secundæ coniugis liberos, tutores autem Ptolomæum, Antigonum, populum Byzantiorum, Heracleotarum, & Cianorum. Cæterùm eo defuncto, Zeilas cũ exercitu, quem Galli Toloſtobogii animosâ impleverant confidentiâ, ad regnum venit

nit capessendum. Bithyni verò illæsum parvulis principatum servare cupientes, matrem horum cum Nicomedis fratre collocant; ipsi à prædictis tutoribus acceptâ manu Zeilã sustinẽt, crebrisq; pugnis & mutationibus subinde confligentes, amicè tandem convenerunt. Verùm, quia Heracleotæ supra alios in bello egregiè dimicârãt, & in pacto etiam firmando, quod è re maxime foret, suaserant, Galli ut hostilem Heracleam ad Calletem usq; flumen depopulabantur, prædâq; opulentissimâ ditati domum rediere. Antiocho autem Byzantios oppugnãte, 40. triremibus opem tulerunt Heracleotę, bellumque ad minas provexerũt. Paulo pòst desiit esse in vivis Ariobarzanes, relicto parvulo Mithridate, Gallis infensissimo. Cuius illi spretâ pueritiâ, regnum infestârunt. Deficiente alimoniâ succurrerunt Heracleotæ, misso ad Amysum civitatem frumento. E quâ Mithridatianis facilius fuit transvehere, & solari famem. Ob hanc rursus causam, Galatæ Heracleam no-

vis copiis invaserunt, donec per legatos egisset cum iis. Nymphis autem historicus fuit legatorum præcipuus, qui & universum in commune exercitum quinque millibus aureorum, & duces sigillatim singulos ducentis placatos è terrâ fecit abscedere. Dehinc Ptolomæus Ægypti rex, summâ undique cinctus bonorum affluentiâ, non paucas urbes splendidissimâ largitione donavit. Inter cæteras, Heracleam quingentis frumenti artabis, cuius & templum in arce Herculeâ Proconesio lapide extructum restauravit.

Hucusque in contexendâ historiâ provectus autor, ad Romanum divertit imperium, ostendens, & unde orti sint, & quomodo Italiam occupârint, & quæ Romam conditam anteverterint, quæ subsecuta fuerint, & qui in eâ regnaverint, & contra quos pugnaverint, & regium insuper statum, & monarchiæ in consulatum mutationem; & quomodo à Gallis Romani vincerentur, captaque fuisset civitas, ni Camillus quamprimmum adveniens

ens expediisset; & quomodo eunti in Asiam Alexandro, monentiq; Romanos per epistolam, vel imperarent ipsi, siquidem possent, vel cederent fortioribus, auream illi coronam talentis pluribus æstimatam transmiserint; et quomodo adversus Tarentinos & Pyrrhum Epirotam his auxiliantem dimicârint, & nonnunquam ferentes mala, nonnunquam referentes, Tarentinos subegerint, Pyrrhum Italiâ penitus fugerint; & quæ Romani adversus Annibalem & Carthaginenses fecerint; & quæ adversus Hispanos & alii gesserint, & Scipio, & quomodo ab Hispanis rex designatus titulum respuerit; & quomodo victus Annibal fugerit; & quomodo Ionium fretum Romani traiecerint; & quomodo Perseus Philippi filius, suscepto Macedoniæ principatu, conditiones fœderis, quas cum patre suo Romani dudum pepigerant, iuveniliter violârit, tandemque debellatus fuerit, Paulo AEmilio triumphante; & quomodo Antiochum Syriæ, Comagenæ,

genæ, & Iudææ regem bis fundentes Europâ pepulerint. Hactenus quæ circa Romanum imperium acciderunt, percensuit historicus. Exinde autem novissima repetēs, scribit Heracleotas missâ legatione ad Romanorū duces, qui tunc temporis in Asiam venerant, non modò lubenter exceptos, sed & humanissimis etiam literis fuisse compellatos, promittente Publio AEmilio, nec amicitiæ senatus, nec alterius cuiusvis curæ, si quando opus esset, quicquam defuturum. Postea verò ad Cornelium Scipionem clarissimum illum qui Romanæ ditioni Libyam adiecit, mittentes, nuperrimè testatam amicitiam sancierunt. Ad eundem rursus paulò pòst, petentes pacem Antiochi, & Romanorum. Eoque fine rogationem scripserunt ad Antiochū, quâ hortabantur, ne cum Romanis inimicitias exerceret. Verùm Cornelius Scipio Heracleotis rescripsit ad hunc modum: Scipio dux & consul Romanorum, Heracleotarum senatui, & populo salutem. Quâ in epistolâ

pistolâ, & se iis plurimum dicit favere, & Romanos à pugnâ adversus Antiochum conceptâ destitisse. Eadem Lucio Publius Cornelius Scipio frater eius, & classis præfectus, Heraclææ etiam rescripsit. Parum interfuit temporis, cùm Antiochus & Romani iustâ acie dimicarent, in quâ debellatus Antiochus, conditiones quasdam subire cogebatur. Fuerunt autem huiusmodi. Vt Asiâ cederet universâ, ut elephantis & classe privaretur, ut Comagenæ, & Iudææ ambitu potentissimum imperium finiret. Heraclæa autem, ad novos subinde Romanorũ duces iteratâ legatione, solitam semper benevolentiam, & humanitatem experta est. Tandemque fœdus iecerunt Romani, & Heracleotæ, spondentes amicos se invicem, & socios futuros, pro quibus, & contra quos ferret occasio. Cui rei ut fidem facerent certiorem, in duabus tabulis æreis similes conventiones incîderunt. Quarum altera apud Romanos in æde Iovis Capitolini figebatur, altera

etiam Heraclææ in æde Iovis posita est.

Hæc postquam in 13. & 14. suæ historiæ meminisset autor, in procemio 15. narrat Prusiam Bithyniæ regẽ, virum utique strenuum & industrium, præter alias civitates, Cierum Heracleotarum subegisse, mutatoque nomine, Prusiadem appellâsse. Cepit & Tium iis ipsis parentem, adeò ut à mari ad mare Heraclæam cingeret. Quapropter validissimè oppugnans, incolarum non paucos trucidavit, ipsamque pœnè urbem cepisset, ni scalam ascendenti crus lapide è murorum pinnis proiecto fuisset comminutum, suoque ita infortunio obsidionem solvisset. Percussum Bithyni non sine magno labore ad sua tollutim reportârunt. Vbi cùm pauculos tantùm annos ab ictu superfuisset claudus, sicuti etiam vocabatur, obiit. Qui verò supra Pontum Galatæ, ante Romanorum in Asiam adventũ, tentandi maris cupidi, Heraclæam, utpote facilem expugnatu, præripere contenderunt: visa enim est antiquâ

Româ

Româ inferior multò, quin potiùs despicatui habenda. Adoriuntur itaq; summâ vi, & universis copiis. Neque verò hæc sociorum neglexit auxilia, sed, prout in tantâ temporis angustiâ potuit, comparavit. Cùm igitur aliquamdiu obsedissent, magnâ rerum necessariarum inopiâ laborabant. Galli enim non in apparatu, sed in animo bellicam præstantiam posuerũt. Quare dum ad res necessarias conquirendas è castris longiùs evagantur, excurrẽtes cives, & de improviso adorti, ceperunt castra, multisque interfectis, in regione palantes omnes sine ullo negotio prehenderunt. Adeò ut vix tertia pars universi exercitus Galatiam salva attigerit. Quo tam insigni successu, in avitæ gloriæ & fœlicitatis spẽ erecti sunt. Romanis autem contra Marsos, Piligros, & Margucinos (gentes hæ sunt supra Lybiâ freto Gaditano conterminæ) duabus triremibus constratis opem tulerunt, belloq; ad undecimum annum strenuè confecto, pluribus tunc honorariis donati

in patriam redierunt. Dehinc Mithridatē inter & Romanos, conflatum est bellum, per quidem grave illud, & ex invasę Cappadocię prętextu natū. Hāc enim Mithridates, postquā Arathē nepotē è sorore suâ Ariaratho genitū, partim fraude, partim iuramento fœderis apposito circūvenisset, et suâ manu sustulisset occupavit. Fuit enim à puero in cędē & sanguinē propēsissimus. Quare cū ānos modò tredecim natus imperium susceperat, matrem illico paterni simul regni participem custodiâ inclusam, & vi, & miseriæ tædio confecit. Neque hoc ei satis videbatur, nisi maternæ cædi fraternam adiiceret. Subiugavit etiam reges circa Phasin, aduſq; plagas superiacentes Caucaso, finibusque imperii propagatis mirè intumuit. Quocirca Romani, ne quid sub eius animo lateret malefici, subverētes, Scytharum regibus paternas quamprimum possessiones reddere iusserunt. Ille, etiamsi mandatis æquissimè responderet, socios tamen ascivit sibi Parthos, Medos, Tigranem Armenium

menium, Scytharum principes, etiam & Hiſpanos. Nec verò aliæ huius belli cauſæ quas præbuit, defuerunt. Nam cùm Romanus ſenatus Nicomedem filium Nicomedis, & Nyſæ, Bithyniæ regem crearent, Mithridates Nicomedem cognomento bonum elegit. Vicit tamen iudicium Romanum, invitò Mithridate. Et ſeriùs paulò, ubi civilem in Republ. Romanâ ſeditionem Sylla & Marius excitârant, Mithridates 40. peditum millibus, decem equitum, duci Archelao traditis, iuſſit in Bithynos expeditionem agere. In quâ expeditione confligenti Archelao ceſsit victoria, fugitq; Nicomedes cum pauculis comitibus. Hoc comperto, Mithridates, & auxiliarium inſuper adventu factus elatior, ex Amaſianâ planitie movit continuò, & quindecim myriadibus ſtipatus, per Paphlagoniam contendit. Marius autem, quin Nicomediani commilitones ſolâ Mithridatis famâ territi aufugerant, cum Romanis non multis Menophani præfecto ſe oppoſuit, & in fugam

gam actus totum amisit exercitum. Fidenter itaq; Bithyniam ingressus Mithridates, & civitatum, & ipsius etiam regionis sine pugnâ evasit dominus, urbiumq; Asiæ alias vi, alias deditione cepit ultroneâ. Adeò nova, & subita rerum omnium facies emersit, solis Rhodiis pristinam Romanos erga tuentibus amicitiam. Ob quam Mithridates, & mari, & terrâ bellum contra eos adornavit. Insigniter tamen vincentes Rhodii, parum abfuit quin regē ipsum in navali pugnâ vivum cepissent. Posthæc, audiens Mithridates Romanos per singulas urbes sua consilia impediisse, scripto mandavit omnibus, ut uno die suos singulæ Romanos interficerent. Et quidem parentes multæ tantam cædem ediderunt, ut uno & eodem die 80, millia ferri aciem subierint. Eretriâ autem & Chalcide, & totâ Euboeâ, & aliarum urbium nonnullis Mithridati accedentibus, fusisq; etiam Lacedæmoniis, Romani Syllam cum bene magno exercitu, in crescentis tyrannidis

rannidis occursum emiserunt. Qui adventu suo alias civitatum ultro deficientes, alias vi cepit, non parvâ Ponticorum manu in acie profligatâ. Cepit etiam & Athenas, quas dubio procul excidisset, ni Senatus ei quamprimum hanc mentem inhibuisset. Sed cùm sæpiùs dimicarent, vincerentque semper Pontici, tandem successu in deterius mutato, regii victus inopiâ, quam effusè nimis prodegerant, nec in suum commodum reponere nôrât, premebantur. Et ad extremum miseriæ deveniissent, nisi Taxilles Amphipoli captâ, & eapropter ad ipsum deficiente Macedoniâ, rerum inde necessariarum copiam suppeditâsset. Hic & Archelaus ultra sexaginta millibus adunatis in Phocide regione Syllam operientes, castra fixerunt. Qui Lucinium Hortensium sex Italorum millia ducentem adiungens sibi, intervallo satis magno consedit. Et quando Archelai milites ad frumẽtationem tumultuariè procurrerunt, de repentè adortus eorum castra invasit

vaſit, occiſiſq; illico fortiſsimis, à quibus non metuit, hos intra certam quãdam ſtationem concluſos, ignes iubet accendere, ut nullâ infortunii ſuſpicione præbitâ, ſuos redeuntes exciperent. Succeſsit ſtratagema, ſplendidamq; Syllani victoriam reportârunt. Cæterùm Chios ob opem Rhodiis latam inculans Mithridates, Dorylaum emiſit ſubditurum. Qui urbe difficulter tamen potitus, regionem Ponticis diviſit, cives navibus impoſitos traiecit in Pontum. Atqui Heracleotæ priſtinæ cum Chianis amicitiæ memores, in prætervectu Ponticas naves, quæ captivos vehebant, aggrediuntur, impetuq; in eas non renitentes facto (nec enim poterant) ad civitatem perduxere. Statimq; iis quibus opus erat abundè refectos, cum magnificis muneribus patriæ reſtituerunt. Atqui Senatus ad bellum Mithridaticũ proſequendum conſules emiſit Valerium Flaccum, & Fimbriam, eâdem Syllæ etiam commendatâ operâ, ſi placeret modò; ſin minùs, ſeorſim, ut antea,

pugna-

pugnaret. Hic in initio cum variis conflictatus miseriis, fame nimirum & belli infortunio, tandem in pluribus evasit superior. Per Byzantios verò in Bithyniam movens, inde in Nicæam, restitit. Idem & cum suis egit Fimbrias. Verùm indignante Flacco, quòd Fimbriam milites, utpote humaniorem, sibi imperare mallent, probriq; hoc loco & ipsi, & militum primarius obiectante, duo præ aliis irritati confestim trucidârunt. Quapropter Senatus mirum in modū Fimbriæ succensuit, sed tamen occultatâ aliquantisper irâ, consulatum ei decrevit. Qui omnium iam copiarum præses, civitatum alias volentes, alias renitentes cepit. Cui in occursum Mithridatis filius, Taxille, Menandro, Diophanto, ducumq; præcipuis, necnon ingenti etiam manu comitatus, perrexit. Et in primis quidem conflictibus obtinuerunt Barbari. Postea verò Fimbrias pugnæ detrimenta aliquo resarcire cupiens stratagemate, (multitudine enim hostes superârūt)

ubi

ubi flumen quoddam uterq; exercitus attingens hoc intermedium posuerat, ex inopinato magnâ vi imbrium cadẽte, sub crepusculum transit. Et in altissimo iam somno oppressos irruens, ad unum pœnè omnes non sentientes interfecit, nisi qui è præfectis & equitibus pauculi necem fugiendo evitârant. Quorum è numero Mithridates Mithridatis filius, & ipse etiam incolumis ad patrem pervenit Pergamum. Mario autem à fugâ Romam capessente, veritus Sylla ne illatam sibi vindicaret iniuriam (erat enim factionis contrariæ) missâ ultro ad Mithridatem legatione, fœdus pollicetur. Cumq; rex inducias amplexus veniret illico precaretur, lubẽtissimè profectus est Sylla. Et copiis utrinque interpositis, in Dardano tandem convenerunt. Vbi seorsim ab aliis hęc inter se pacti sũt. Vt Mithridates Asiâ cederet. Vt Bithyniæ & Cappadociæ nativi reges imperarent. Vt universa Ponti ditio Mithridati firmaretur. Vt Syllæ Romam redituro

turo triremes 80. daret, & tria insuper talentorũ millia. Vt Romani civitatibus, quæ ad Mithridatem transvolârunt, ignoscerent, etiamsi hoc neutiquam ex pacto succesſerit. Multas enim postea Romani urbium subiugârunt. Sylla igitur ita in Italiam splendidè reverso, secessit urbe Marius. Rex autem sua repetens, non paucas earum, quę ob præsentem calamitatem defecerant, gentium, deintegro subiecit. Posthæc à senatu Muræna imperator est designatus. Ad quem misit rex petituros, ut conditiones cum Syllâ nuperrimè initæ constarent. Ille parum attendens legationi (legati enim ortu Græci, instituto Philosophi) Mithridatem inculsâsse potiùs, quàm laudâsse videbantur, festinavit adversus eum. Et stabilito Ariobarzani Cappadociæ regno, in ipsis imperii Mithridatici foribus civitatem condidit Ecinæã. Sub hoc tempus Muræna & Mithridates insimul ex adverso opem ab Heracleotis petierunt. Qui Romanorum potentiam formidolo-

midolosam iudicabant, timuerunt etiam & à vicinitate Mithridatis. Quocirca ita legatis responderunt, in tantâ bellorum tempestate vix suam se servare posse provinciam, nedum aliis opitulari. Murænæ dehinc non pauci suaserunt in Sinopem ageret, & adversus regiam pugnaret urbem. Hanc enim cepisset modò, reliquis facillimè potiturum. Sed Mithridates magnis eam copiis obmuniens, bellum ipse in suâ personâ operiebatur. Et in primis quidem velitationibus viccrunt Barbari. Postea verò, ubi ad manus ventum est, alacritatē segnitiâ dehonestârunt. Eapropter Mithridates in tractum Phasidis, & Caucasi, Muræna in Asiam, ad sua uterque procuranda abierunt. Paulò pòst Romæ Sylla moritur, mittitque Senatus in Bithyniam Aurelium Cottam, in Asiam Lucium Lucullum, mandans, ut cum Mithridate confligerent. Mithridates igitur, & aliarum copiarum bene multas, & triremium quadringentas apparavit. Minorum verò navium, 50. remis

acta-

actarum, & caudatarum seu cercurorum ingentem multitudinem. Diophanto etiam Mithari filio manu datâ in Cappadociã mittit, & ad præsidium civitatibus imponendum, & ad Lucullo, si in Pontum rueret, obviandum, ne longiùs prorueret. Ipse peditum in suo exercitu 15. habuit myriades, equitũ millia 22. falcatorũ curruũ centum viginti, satisque machinarum quæ bellicis usibus deserviunt. Et per Timonitidem Paphlagoniam in Galatiã contendens, nono demũ die Bithyniã attigit. Dũ hęc gerũtur, Cottã Lucullus cũ universâ classe in Calcedonẽsi portu iussit subsistere Classem verò Mithridaticam Heraclææ littora præterlegentem civitas non excepit, cõmeatum tamen petenti annuit. Vnde facto, prout verisimile erat, cõmercio, Archelaus navium præfectus, Silinũ & Satyrum, principes in civitate viros, prehendit, nec dimisit, donec ab iis quinque triremes socias in bellũ Romanum accepisset. Quo facinore, ex astutiâ Archelai, Heraclææ popu-

lus Romanis inviſus reddebatur. Quare poſtquam in aliis civitatibus publicanos conſtituiſſent, & hanc ob prædictam cauſam iiſdem unà ſubiecerunt. Publicani itaque urbem ingreſſi, & præter politiæ conſuetudinem, argentum expoſcentes, contriſtârunt cives, ut qui ſervitutis iſtud initium ducerẽt. Et cùm in tanti oneris levamen ſenatum ipſum appellare debuerant, à quodam inter cives audaciſſimo inducti publicanos ſuſtulerunt, ut ne, quo mortis genere perierint, ſit deprehenſum. Cęterũ claſſe Romanâ ad Chalcedonem cum Ponticâ certante, peditatuque regio ibidem cum Romano confligente (præfuit autem huic Cotta, illi Mithridates,) Baſternæ Italos magnâ eorum ſtrage editâ profligârunt. Idem & in navali accidit certamine. Vt uno die, & mari, & terrâ, Romani miſerimè proſternerentur, cæſis in navali pugnâ 8. millibus; captis 4. millibus & quingentis, in pedeſtri pugnâ 5. millibus & trecentis Italorum; è Mithridaticis autem Baſternarum triginta modò,

modò, reliquæ multitudinis septingẽtis. Ita de subito evecta Mithridatis conditio, omnium animos perdomuit. Quando igitur mirùm inflatus ille ad Cyzicum obsidẽdam se accinxit, Lucullus è vestigio subsequens, pugnamque committens, Ponticos insigni fudit victoriâ, cæsis myriade paulò plurib⁹, captis etiam tredecim millibus. Fimbriani autem, veriti ne non duces ob recentem Flacci necem benevolis erga se animis afficerentur, clàm miserunt ad Mithridatem, fugam pollicentes. Qui in lucro hoc ponens, appetente nocte Archelaum, & ad fœdus sanciendum, & ad transfugas secum ducendos, destinavit. Fimbriani verò advenientem Archelaum ceperunt, comitesque eius interfecerunt. Post hoc regis infortunium, multi etiam in exercitu fame conficiebantur. Nec tamẽ tot uno momẽto miseriis laborãs, à Cyzici obsidione destitit. Verùm paulò pòst, cùm multa passus multa etiam regessisset, urbe discessit inexpugnatâ. Et peditum supra 30. millia,

Eumœo, Marioque ducenda tradens, ipse marinum iter capessebat. Conscenſuro autem navigium, variæ malorum imagines obversabantur. Qui enim triremes inierant, vel plenas, vel penè plenas penduli eas tenebāt. Vnde factū est, premēte multitudine, ut naviū aliæ omnino demersę, alię ſubversę fuerint. Eo viſo, Cyziceni in Ponticorum caſtra impetum fecerunt, & iugulatis iis qui feſſi adhuc ſupererant, reliquum omne diripuerunt. Lucullus etiā peditatū ad flumen Æſipū inſecutus, ex inopinato tandē aſſequitur, magnaq; ſtrage cōcîdit. Mithridates, reſūptis ut potuit viribus, Pirinthū obſedit, eâq; excidēs, in Bithyniā trāſiit. Cùm verò Barba multis Italis comitatus, Triarius etiam Romanorū dux, convaſatis omnibus, uni Apamæę oppugnandæ inſtarent, Apamæani quoad poterant reſiſtentes, tandē reſeratis portis intromiſere. Ceperūt & Pruſam urbē Romani, ſub Aſiatico Olympo ſitam. E quâ Triarius in Pruſiadē maritimā cum exercitu contēdit. Hęc autem Cierus olim

voca-

vocabatur Argi appulsu nobilis, & Hylæ disparatione, & Herculis in eo quęrēdo errore, & huiusmodi plurimis. Accedentem facilè Prusaenses admittebant eiectis Ponticis. Inde in Nicæam Mithridatico præsidio custoditam movit. Scientes autem Pontici quantum Romanos erga animis propenderent Nicæi, noctu ad regem in Nicomediām avolârunt. Atque ita Romani sine ullo negotio urbe potiti sūt. Nicæa verò civitas, nymphę cuiusdam Naidis Nicææ appellationem induit. Conditā certissimum est à Nicæanis, qui Alexandro olim in expeditionibus bellicis affuerunt. Eo autem defuncto post quæsitam aliquamdiu patriam, hanc demum & extruxerunt, & incoluerunt. Atqui Nais Nicæa à Satyro eiusce tractus regulo, & Cybelâ prognata dicitur. Quæ congressu virginitati posthabito, montanæ venationi unicè indulsit. Hāc Bacchus deperiens, quia aliàs non potuit, dolo sibi conciliare nitebatur. Implet igitur vino fontem, de quo Nicæa venando

fessa bibere solebat. Illa nullius rei prę-scia bibit, & insidioso tumens liquo-re, vel invita subservit amantis deside-rio. Nam cùm ebrietate simul, & som-no premeretur, Bacchus ex eâ Satyram alioſque filios procreavit. Nicæani verò, qui civitatem erectam incoluerunt, patriam habuere vicinam Phocidi. Cũ quâ sæpiùs altercantes, à Phocensibus tandem certatim exciſi, & patriâ exuti sunt. Huiusmodi igitur Nicæa habuit appellationem, & principium, atque ita in Romanorum partes transiit. Sed ut ad cęptum redeamus argumentum, Mithridates in urbe Nicomediâ hæsit: Cotta verò à noviſſimę cędis iacturâ se recipere cupiens, relictâ Chalcedone, migravit versus Nicomediam. Et 120. ab urbe stadia castrametatur, bellicum congressum declinans. Ad quem ul-tro festinavit Triarius, & recedente iam in urbem Mithridate, Romani u-trinque obsidionem parabant. Postquã verò inaudiisset rex, duabus pugnis na-valibus, ad Tenedum alterâ, alterâ in Ægæo mari, Lucullo duce fugatos

Ponti-

Ponticos, & videret porrò ſuas præſentibus Romanorum copiis longè impares, claſſem flumini commiſit. Graviſſimâque obortâ tempeſtate, triremium nonnullas amittit, ipſe cum plurimis in Hypium flumen defertur. Vbi ad fugiendam procellæ vim moratus, in Lamachum Heracleotam, cum quo veterem amicitiam coluerat, incidit. Et comperiens eum tunc temporis urbi præfuiſſe, variis pollicitationibus, & nummis etiam induxit, ut intra Heraclææ muros ſe admitti curaret. Ille tandem nec ægrè poſtulato annuit. Et civibus ad lautiſſimas extra urbem epulas invitatis, portas occludi vetuit. Populoque inebriato, eodem ipſo die cum Mithridate paciſcitur, ut ex occulto derepente urbē invaderet. Quo facto civitas, ne ſentientibus quidem Heracleotis, Mithridati ſubiicitur. Subſequenti die rex convocatum populum, placidiſque verbis exceptum monuit in recenti amicitiâ perſiſteret, civitatique præſidiariorū quatuor millia, præfecto iis Connacorice, impoſuit. Hos

enim dixit urbem & incolas, si quando Romani impeterent, propugnaturus. Ita demum pecuniis in populum, maximè verò in primates effusis, Sinopen navigavit. Lucullus autem, Cotta, & Triarius, Romanorum imperatores Nicomedię convenientes, Pontum aggredi statuerunt. Sed ubi captam fuisse Heraclæam nuntiabatur, quam tamen non ex proditione, sed verius defectione captam existimârunt, tutissimum visum est, Lucullum cũ maximâ copiarum parte in Cappadociam per mediterranea ipsum adversus Mithridatem, totumque regnum emittere, Cottam adversus Heraclæam, Triarium verò cum classe circa Hellespontum, & Propontidem, Mithridaticis navibus ad Cretam, & Iberiam missis, in reditu insidiari. His acceptis Mithridates, conquisito unde potuit apparatu, misit ad Scytharum principes, & Parthum, & generum suum Tigranem Armenium. Negârunt cæteri omnes, unus solùm Tigranes à filiâ Mithridatis & sæpe, & importunè rogatus, tandem

dem poſt aliquam moram prębuit ſuppetias. Rex igitur multos ſubinde Lucullū contra duces deſtinavit. In quorum conflictibus, etiamſi variæ mutationes acciderint, in plurimis tamen Romani ſuperiores evaſerunt. Sed cùm animus iam regi labaſcere inciperet, quadraginta peditum millia, octo equitum, ducibus Taxille & Diophanto, in pręmiſſorum miſit ſubſidiū. Qui prioribus copiis adunati, belli impetū egregiè ſuſtinuerunt. Et in initio quidem per ſingulos ferè dies velitabantur invicem. Poſtea verò duæ pugnæ equeſtres fiebant; in quarum alterâ Romani, in alterâ Pontici obtinuerunt. Bello longiùs protracto, miſit quoſdam Lucullus in Cappadociam, ad commeatum ſubvehendum. Quod ubi reſciſſēt Diophātus & Taxilles, 4. peditum millia, duo equitum, viam inſidere iubent, ut ex occulto invadentes auferrent commeatum. Hinc conflictu oborto vicerunt Romani, mittenteque ſuis opem Lucullo, Barbaros inſigniter fuderunt. Quorum ulteriùs

premē-

premẽtes vestigia, ad Taxillis & Diophanti usque castra insequebantur: ubi pugnâ etiam factâ vehementissimâ, restiterunt aliquamdiu Pontici, dein cedentibus prętectis, omnes avolârũt. Ingens tunc cęsa est barbarorum multitudo, cuius tantæ cladis nuntii duces fuere. Ita rebus Mithridaticis præclarè concisis, regiisque fœminis interẽptis, ipse clàm subditis è Caberorũ civitate, in quâ eo momento vixit, aufugit. Et ab insequentibus Galatis, etiamsi fugientem ignorarent, captus fuisset, nisi fortè in asinum auro argentoq; Mithridaticis onustum incidentes, his diripiendis unicè vacâssent. Rex enim dum hæc fiebant, Armeniam salvus attigit. Lucullus ad insequendum Mithridatem, Marcum Pompeium ducem emisit, ipse cum universis copiis in Caberos contendit. Civitateq; circumsessâ, muris illico potitus est, & barbaros se dedentes in fęderatorum album retulit. Inde Amysum petens suasit Romanis accederent. Vbi verò persuasum non est, ad

Eupa-

Eupatoriam transtulit obsidionem. In quâ oppugnandâ segniùs versabatur, ut civibus in eandem segnitiem prolapsis, subitâ mutatione urbem impeteret. Quod perinde ex voto contigit stratagema. Derepente enim suos scalas arripere iubens, dum adhuc custodes eorum potentiam nihil tale metuentes floccifecerunt, etiam mœnia fecit transcendere. Ad hunc modum capta est Eupatoria, statimq; pessundata. Parum temporis interceſsit, & Amysum eâdem ipsâ ratione ceperunt. In quâ primò ingens civium cædes edebatur. Postea verò Lucullus grassantem militum sævitiâ inhibens, us qui supererant, & urbem, & regionem dedit incolendam. Interea Mithridates ad generũ Tigranem salvus pervenit. Quem etiamsi compellare se cupientem suâ non dignaretur præsentiâ, satellitio tamen ornavit, & aliâ, quâ sũmâ potuit, fovit humanitate. Misit autem Lucullus, exposcẽdi Mithridatis causâ legatum ad Tigranẽ, Appium Clodium. Cui ille traditurum

se

se penitus negavit. Metuere enim iustissimā hominum querimoniam, si patrem uxoris proderet. Et quanquam aliàs flagitiosum nôrit, revereri tamen affinitatem. Misit porrò epistolam huiusmodi verba habentem. Quę Lucullum mirè exacuit, quòd imperatoris titulo non ornaret, causatus quòd nec iste se priùs in epistolâ regem regum vocaret. Hactenus quintidecimi libri historiam pertexuimus. Sequentia sic habent. Cotta sumpto Romanorum exercitu, in Heraclæam acturus obiter egit in Prusiadē. (Prusias verò à præterfluente ipsam rivulo Cierus olim vocabatur, dein Heracleotis adempta Bithyniæ cuiusdam regis nomen ascivit.) Exinde in mare Ponticum devergens, maritimāq; oram prætervectus, altissimos exercitu muros circumdedit. Heracleotæ ipsius loci munitioni fidentes quanquā validissimè oppugnaret Cotta, cum suis tamen custodibus pertinaciter restiterunt. Et strages quidem Romanorum facta est multò maior, non pauci verò ex his etiā missilibus

silibus figebantur. Cotta igitur suis à murali certamine revocatis, eminus magis castrametatur, huic uni operæ incumbens, ut omnes obsessorum exitus occluderet. Verùm deficiente in urbe commeatu, per legatos ab exteris ciborum pro pecuniâ nundinationem petere cogebantur. Quam illi statim lubentissimè concesserunt. Sed antehac paulo Triarius cum universâ Romanorũ classe è Nicomediâ solvit ad Ponticas naves, quæ in Cretam & Iberiã (sicuti iam antè præmonuimus) mittebãtur, adoriendas. Vbi autẽ comperisset triremiũ reliquas fuisse Pontũ redituras, (multæ enim tempestatibus, variisq; insuper pugnis confectæ sunt) has demum prope Teneduni assecutus aggreditur, ipse septuaginta modò triremes habens, Pontici autem octuaginta. Conflictu inito, regii primum impetum sustinuerunt, tandem strenuè fugati insignem Romanis dedere victoriam. Ita universam classem Mithridaticam, quæ cum ipso in Asiam simul navigavit, ceperunt, Cotta verò

rò prope Heracleam ſedens, totum exercitum obſidioni nunquam admovit, ſed ex viciſſitudine, nunc Romanos, nunc Bithynos. Multis autem vulneratis, & occiſis, machinas excogitavit, quarum teſtudo obſeſsis viſa eſt maximè formidoloſa. Hanc igitur ſummâ vi turriculæ cuidam admovet ruinam minanti. Vbi verò ſemel iterumque agitata non modò præter omnium expectationem perduravit, ſed etiam & alies ante cæteras concuſsiones diſsiluit, geſtierunt admodum Heracleotæ; mœrore autem longè maximo affectus eſt Cotta, ut qui civitatem expugnari poſſe deſperaret. Subſequenti die eãdem rurſus machinam admovet, nihilumq; proficiens, incenſâ machinâ fabros decervicavit. Et præſidio muris appoſito, cum reliquâ multitudine in campum Lycæum divertit rebus neceſſariis abundantem. E quo omnẽ Heraclææ tractum depopulans, in miras cives redegit anguſtias. Denuo igitur Heracleotæ, miſſâ legatione ad peninſulares Scythas, Theodoſianos,

&

& Bosphoranos principes, auxilium ab iis impetrârunt. Civitas interim ab hoste deforis gravissimè afflicta, pœnè eadem intus persensit mala. Custodes enim plebeio victu non contenti, cæsos cives, etiam quę facilè non poterant, præbere compulerunt. Sed tamen iis multò sævior fuit præfectus Connacorix, qui tantum abfuit à vi suis interdicendâ, ut etiam permiserit. Cæterùm Cotta regionem undiq; populatus, ipsis rursum mœnibus appropinquavit. In quibus oppugnandis, ubi milites vidit languidiores, à murali pugnâ revocans, Triarium cum navibus adesse quamprimùm iubet, ut, ne in urbem commeatus subveheretur, impediret. Triarius itaq;, assumptis, præter eas quas habuit, viginti Rhodiis, cum classe 43. navium, præsignificatis Cottæ adventu & tempore, Pontum festinavit. Eodem verò die & Cotta muros exercitu cinxerat, & Triariana etiam classis apparuit. Heracleotæ igitur subito navium appulsu conterriti, naves & ipsi in mare triginta de-

duxerunt, & ne illas quidem militibus impletas. De cætero obsidioni repellēdæ incubuerunt. Classis autem Heraclæana adventāti hostili in occursum ivit. Primi itaq; Rhodii (hi enim peritiâ & fortitudine aliis præcelluisse videbantur) cum iis conflixerunt, pugnâq; initâ, tres Rhodię, quinq; Heracleanæ submersæ sunt. Accedentes autem Romani multa inter dimicandum passi sunt, multa etiam regesserunt. Tandem verò naves Heraclæanas magis infestatas ad urbem usq; ipsam, cū iacturâ quatuordecim fugere compulerunt. Quæ fugatæ in magnum se illico portum recepere. Posthæc soluta obsidione, peditatum amovit Cotta. Triarius è portu indies excurrens, aditum iis intercluſit qui cibaria ad alēdos obsessos erant delaturi. Hinc tam intoleranda urbem fames occupavit, ut frumenti semodius pro octuaginta nummis Atticis venderetur. Cui malorum cumulo accessit pestis, vel ex aeris intemperie, vel inusitato victu nata, quæ sub idem momentū

in

in cives grassabatur, varium variis afflictionum formis interitum admiscens. Inter quos speciatim Lamachus acerbiori aliis multò, & diuturniori mortis genere absumptus est. Maximè autem contagio custodes confecit, ut ex tribus millibus mille perierint. Quæ tanta cùm esset, diu Romanos latere non potuit, calamitas. Connacorix ob totidem miserias malè habens, statuit Romanis civitatem prodere, ut Heracleotarum interitu suam salutem mercaretur. Cui, qui in eâdem proditionis causâ Lamachum æmulabatur, affuit Damopheles, & ipse etiam Heracleota, præsesq; alter urbis post Lamachi obitum designatus. Atqui Connacorix à Cottâ, sibi ut rigido nimis & infideli, cavit, cum Triario autem, consentiente non minùs Damophele pactus est. Acceptis igitur, ob quas se tutissimos futuros sperabant, conditionibus, proditionem adornârunt. Sed cùm, quæ clanculum egerant in vulgus spargerentur, convocatione factâ præsidem appellârũt.

Civesq; inter cæteros eximius Brithagoras ad Connacoricē accedens, præsentem Heraclææ miseriam insignem illam aperit, suadetq;, si ita sibi videatur pro communi salute, Triarium ocyùs conveniat. Hæc multis subinde precibus impensissimè petente Brithagorâ, surgens tandem Connacorix tale se quicquam pepigisse omnino negavit, quin potiùs libertati tuendæ unicè incumbere. Adiecit enim se per literas rescire, quàm humaniter Mithridates à genero suo exceptus fuerit, & inde brevi satis subsidii expectare. Connacorix iis quidem talia prætendebat. Heracleotæ verò sermonibus eius decepti (semper enim quod cupimus, eligimus,) commentis istis perinde ac veris fidem habuerunt. Ille, ubi astutiâ suâ vidit circumventos, sub nocturnum conticinium exercitu quiete navibus imposito, (pacta enim Triarii & incolumes abire, & si quid lucrati essent, secum abducere permiserunt) simul enavigavit. Damopheles autem, reseratis portis, infusum cum Triario

ario exercitum admisit, aliis portam intrantibus, aliis muri summitatē trā-scendentibus. Et tunc demum proditionem senserunt Heracleotę, aliiq; seipsos dedidere, alii perimebantur. Supellex omnis pretiosa, & monumēta quævis insigniora direpta sunt, variaq; cives exercuit crudelitas. Nec enim vel iis pepercere, qui ad sacras ædes convolârant, sed prope statuas arasq; occiderunt. Quocirca multi ad fugiendam inevitabilem mortem de mœnibus delapsi, per omnem regionē oberrârunt, nonnulli ad ipsum Cottā fugere cogebantur. A quibus ille & captam urbem, & interitum hominum, & direptionem pecuniarum intelligens, irâ sufflatus quàm celerrimè ad civitatem perrexit. Succensuit etiam exercitus, ut qui non modò omni rerum gestarum gloriâ, sed emolumento etiam fraudaretur. Et in bellum utiq; implacabile exardescentes, ab invicem fuissent conciſi, ni Triarius, præscito ipsorum furore, placidissimâ oratione permulsisset, pollicitus se pro-

ventum omnem & lucrum in medio positurum. Sed ubi Connacoricem Tium & Amastrin occupâsse inaudierunt, Cotta illico Triarium misit ad civitates auferendas. Ipse eos qui pridem accesserant, & captivos etiam comiter assumens sibi, in reliquum omne omni sęvitiâ involavit. Congestâ enim undecunq; pecuniâ, ne à templorum quidem violatione abstinuit, sed ipsas adeò statuas, multas sanè illas, & egregias, ab imis fundamentis convulsit. Inter cæteras Herculem forensem habitu micantem pyramidali. Cui nihil sumptus, magnitudinis, ordinis, elegantię, artis etiam exquisitissimę defuisse videbatur. Erat hanc prope clava solida, ex obryzo auro fabrefacta, & de hâc etiam supernè magna pellis leonina fundebatur, thecam iuxtà habens appositā, in quâ arcus, & sagittæ recubuerunt. Multa porrò alia summæ venustatis & excellentiæ donaria, è templis, & urbe surrepta, navigiis imposuit. Tandemq; milites suos ignem urbi admovere iubens, in non

paucis

paucis ipſam combuſsit partibus. Capta autem fuit à biennio obſidionis. Cęterùm Triarius ad ſuprà nominatas urbes accedens, Connacorici, qui Heraclææ proditionem aliarum expugnatione occultare ſe potuiſſe opinabatur, impunè datâ abeundi licentiâ, ex pacto eas accepit. Cotta verò ubi quę dixi feciſſet, & equites peditesq; in Luculli ſubſidium miſiſſet, cum univerſâ claſſe continuò ſoluturus, ſociorum ad ſuam quemq; remiſit patriam. Sed navium quæ civitatis ſpolia duxerunt, aliæ plenæ exiſtentes à terrâ paulò ferebantur, aliæ flante Boreâ in littus reiectæ multa ſpolia amiſerunt. Leonippus autē, cui cum Cleochare Mithridates Sinopen demandârat, rebus iam omnino deſperatis, proditionem Lucullo per legatos inſinuat. Quo cōperto, Cleochares & Seleucus (æquā enim & iſte habuit cum iiſdem præfectis autoritatem) in conventu urbis Leonippum arguebant. Cives verò inſontem & bonum iudicantes, accuſationi parum auſcultârunt. Quocirca il-

li, cùm amorem plebis & benevolentiam ſubmetuerent, ex improviſo, concinnatis de nocte inſidiis, hominem interimunt. Patrato facinore vulgus indoluit. Cleochares autem & Seleucus rerum potiti tyrannicè præfuerunt, ut qui ita ſe omnem Leonippi cædis ultionem evitaturos crederent. Sub id temporis, dux Romanæ claſsis Cenſorinus, frumentũ à Boſphoro in quindecim navibus vehens ad copias ſublevandas, prope Sinopen conſedit. Cui Cleochares & Seleucus Sinopicis triremibus in occurſum euntes dimicabãt, victiſq; Italis, naves onerarias ſuo magno cum lucro reportârunt. Inflati igitur hoc ſucceſſu, maiori in urbem tyrannide graſſabantur, & indictâ cauſâ ſublatis civibus, de reliquo ſævitiæ genere nihil non exercuerunt. Atqui tandem oborta eſt iis adinvicem altercatio. Huic enim optimum videbatur in bello perſiſtere; Seleuco, Sinopenſes ad unum omnes interficere, & ob magnifica munera civitatem Romanis prodere. Neutrius tamen vicit ſententia.

Sed

Sed postquam rotundis navibus sua bona latenter indidissent, ad Macharem Mithridatis filium, qui eâ tempestate in Colchide egit, miserunt. Interea Lucullus ad urbem accedens acerrimè aggreditur. Cuius continuò amicitiam, & societatem, Machares Mithridatis filius per legationem postulavit. Et quidem lubenter acquievit Lucullus, dicens se pro ratis conventiones habiturum, modò ne quibusdam Sinopensibus mitti curaret commeatum. Ille non tantùm non fecit imperata, sed quæ Mithridaticis in usum apparaverat, ad Seleucum & Cleocharem transmisit. Qui cũ advecta accepissent, nihilq; porrò spei superesse viderent, magnâ vi pecuniarũ congestâ, militibus urbẽ diripiendã (noctu enim fugam adornârũt) concessere. Et facta direptione, cũ quibusdã navigiis in interiores Ponti recessus, ubi Sanegę & Lazi habitant, igne reliquiis naviũ iniecto, fugerũt. Surgẽteq; in altũ flãmâ, quid novi accidisset deprehẽdens Lucull°, suos muro scalas iubet admovere.

Transcendunt milites, primoque impetu non paucos interimũt, donec Lucullus miseratione affectus cædem inhibuisset. Hac demum ratione Sinopem expugnârunt. Adhuc autem reluctabatur Amasia, quæ & ipsa non ita multò pòst in Romanam pervenit ditionem. Sed ut redeamus paulò, Mithridates annum unum integrum & octo menses in Armeniâ hærens, Tigranem videre neutiquam potuit. Quem cùm exoratus ille in conspectum suum admitti voluit, splendidâ pompâ regioq; comitatu stipatus obviavit. Et per tres cum eo dies seorsim collocatione habitâ, lautissimis demum epulis excepit, equitumq; myriade donatum in patriam remisit. Lucullus autẽ in Cappadociam migrans amicitiâ, & ope Ariobarzanis inexpectatò pedes traiecit Euphraten, urbemque illam cinxit exercitu, in quâ regias concubinas fuisse asservatas, & monumentorum pretiosissima reposita compererat. In cuius dum ipse oppugnatione versatur, alios Tigrano-

certam

certam reliquit obsessuros, alios cæterarum urbium præcipuas impetituros. Totidem igitur uno momento partibus obsessâ Armeniâ, misit Tigranes qui Mithridatem revocarent; selegitq; manum ad urbem, in quâ concubinæ fuerunt, tuendam. Quæ ubi eò adveniens intercluſisset Romanorum è castris exitus, crebrâ sagittatione effecit tandem, ut concubinæ omnes & monumentorum pretiosissima de nocte expedirentur. Illucescente autem die, Romani cum Thracibus fortiter dimicantes, magnâ eorum strage editâ non pauciores occisis vivos ceperunt. Veruntamen quæ præmissa sunt ad Tigranem illæsa pervenere. Qui octuaginta millibus coactis descendit ad Tigranocertam præsenti obsidione eruendam, hostesque propellendos. Eminus autem Romanorum paucitatem intuens, in fastuosa hæc prorupit verba, si quidem legatorum instar venirent, sanè multos veniſse, sin hostium instar, valdè paucos. Hæc locutus instruxit ordines. Lucullus verò ubi arte se & de-

deliberatione ad pugnam accinxisset, suosque egregiâ implêsset confidentiâ, dexterum cornu statim profligavit: eo fugato, inclinavit proximum, dein universa acies. Fugamque vehementissimam consimilis interitus sequebatur. Quocirca Tigranes, diademate, regiisque insignibus induto filiolo, ad arcem se recepit munitissimam. Lucullus Tigranocertam repetēs acriùs multò oppugnavit. Sed qui in ea fuerunt Mithridatis duces, in tam perditâ & profligatâ rerum omnium conditione, ut ipsi incolumes evaderent, civitatem Lucullo tradidere. Posthæc Mithridates Tigranem adiens, solatur deiectum, & regiâ veste induit prioris æmulâ. Quinetiam novas copias suadet cogere, ut recentem cladem, siquâ posset, ulciscereturr. Atqui Tigranes in uno Mithridate recumbēs spes omnes posuit, ut qui non solùm fortitudine, & prudentiâ anteiret multò, sed & bellum Romanos contra sustinere posset faciliùs. Ipse Phradati Partho per legatos Mesopotamiâ, Adiabene,

&

& magnis illis cessit campestribus. Quē eundem cùm legati à Lucullo missi convenirent, is impendiò se favere dixit Romanis, societatem insuper pollicitus, eâdemque Armenios latenter est amplexus amicitiâ. Dehinc Cotta Romam reversus, à senatu Pontici imperatoris titulo ornatur, quia Heraclæam ceperat. Sed incusatus confestim, quòd sui solius lucri causâ tantam civitatem evertisset, odium publicum, & invidiam simul ex opum conflavit abundantiâ. Quapropter multis in ærarium spoliis introductis, ne ita quidem mitiores reddidit, ut qui ex infinitis pauciſſima se decerpsisse crederent. Paulò pòst, ubi Romani Heraclææ captivos liberare decrevissent, Thrasymedes Cottam pro concione accusavit, ostendens, & quàm benevolè civitas erga Romam afficeretur, & si minùs unquam benevolè, hoc vel ex eorum qui præfuerant astutiâ, vel eorum qui adorti sunt vi contigisse. Adhæc, urbis incendium, & in quot partes igne desæviretur, luctuosissimè

fissimè enarravit, quomodo Cotta statuas in prædam sustulisset, templa diripuisset, aliaq; eiusmodi plura summę crudelitatis argumenta, quàm immẽsa porrò vis auri argentique in civitate fuerit, cuius ille omnẽ in proprios usus verterat affluentiam. Hæc cum gemitu & lacrymis percensente Thrasymede, duces calamitatis miseratione condoluerunt. (Iuxtà enim cõplures erant captivi viri, mulieres etiam, & pueri atris vestibus amicti, ramosque supplices cum eiulatu protendentes.) Cotta verò huic incusationi obviam iturus, succinctã sui in patriâ dialecto concinnavit apologiã, statimq; sedit. Surgens autem Carbo, Nos (inquit) civitatem expugnare, tibi, non diruere, Cotta, permisimus. Post quẽ alii peræque ipsum insimulârunt. Non paucis igitur exilio multandus videbatur, pœnam tamẽ mitigantes latum ei clavum solummodo ademerunt. Factâ in Cottam animadversione, Heraclæotis regio, mare, portus omnes restituebantur; scitaque etiam est lex, ne cui

in

in posterum servirent. His confectis, Thrasymedes in patriam dimisit plurimos. Ipse cum Brithagorâ & Propylo Brithagoræ filio secutâ opperiens tempora, reliquum negotiorū procuravit: Et transacto aliquot annorum curriculo, tribus onerariis Heracleam defertur. Vbi totus restaurandæ civitati incubuit, & quasi de novo ortu regignendę. Sed cū vires omnino omnes adhibuisset, vix octo millia numeratis etiam mancipiis coëgit. Brithagoras, adauctâ iam urbe, spem populo dedit pristinæ libertatis recuperandæ. Et post annos bene multos, devoluto ad Caium Iulium Cęsarē imperio, ad hūc ipsum contendit. Fuere ei comites itineris aliquammulti primarii, & filius etiam Propylus. Notus verò quamprimum Cæsari Brithagoras, & id agens ut interioris esset amicitiæ, promissis alebatur. Nec tamen libertatem citò assequi potuit, Romæ Iulio nunquam subsistente, sed in alia subinde loca discursante. Quem per universum terrarum orbem cum Propylo secutus Britha-

Brithagoras, tandem in gratiam receptus est, & ab eodem ipso imperatore designato, petitionem habuit lubentissimè indultam. Vbi igitur duodecim annos Cęsari assedisset, profecturo iam Romam versus imperatore, senio, & continuis insuper laboribus confectus, non sine ingenti patrię suæ mærore obiit.

Finis eorum quæ è decimosexto
Memnonia historia
libro excerpta
sunt.